Hinc dico, quod si inter tres, vel quatuor homines societas inita, & demū finita sit, morte, cōfensu, vel dissensi, vel alterius causæ per quam societas dissoluitur, de quib. per scrib. in §. soluitur, insti. de societa. & in l. planè, la. 2. ff. pro soc. cum simil. & Doc. in l. iij. queritur, §. Qui impleto, ff. locat, & per Pet. de Vbal. trac. de duob. fratrib. par. 11. vbi latè, & præsupposito, quod facta sint partes in divisione, & calculi facta redditis hinc inde rationibus, quamvis pars vnius ex sociis vel merciū crediti, & debiti remanserit penes alium socium, non per hoc dicitur continua societas. Nā continua est quid facti, & facta non præsumuntur nisi probetur, l. in bello. §. facto, ff. de capt. & post li. re vers. cum concor. D. Menoch. de p̄fsc. lib. 3. p̄fsc. 57. in prima Ioseph. Ludo. co. concl. 12. ver. si. & assertente continua, nec potest dici continua, qd dissolutum est. ar. l. decem, de verb. obl. & facit Mascal. de probat. conclus. 13 16. nu. 9.

Multo minus potest dici quod societas inter hos duos fuerit renouata, quia ad inducendam societatis renouationem in requiritur consensus expressus virtusque leg. coiri, cum simil. ff. pro

ff. pro soc. §. i. institut. eo. vel saltem consensus v-
triusque tacitus qui per actus exteriores percipi
possit d. leg. planè la 2. pro soc. Ludouic. conclus.
53. versic. pluribus modis car. 131. Rott. Genuæ.
Decisio. 31. nume. 2. Fulgos. in dict. §. qui imple-
to Salyc. in l. legem. C. locat. Anch. reg. q. 42. num-
me. 12. & 13. lib. 1. Caualcan. Decis. 44. sub num.
90. part. 1.

Et quæ madmodum societas expresso, vel tacito
consensu contrahitur, ita expresso vel tacito dis-
sensu cognoscitur quod non sit (post dissolutio-
nem) renouata ad trad. per Bar. in l. Titium, aut
Menium. §. altero ff. de admi. tuto. Anchæ. consil.
§. 1. Soc. consil. 16. Menochi. de præl. libr. 3.
præl. 57. idem latissimè consil. 121. volum. 2. Rot.
Genuæ Decis. 21. sub nume. 2. & in hoc casu nō
refert quod vñus tantum dissentiatur: nam contra-
ctus ab initio sunt voluntarij. Lsicur. C. de oblig.
& in is quæ dependent ab vñus voluntate tanū
ipius solus consensus aut dissensus sufficit facit
Decia. resp. 60. num. 33. volum. 2.

Tacitus namque dissensus cognoscitur quan-
do mutatur forma societatis, alium codicem in
proprio componendo, ibique d. negotiationis
partitas, & titulum libri sub suo nomine tantum
inscribendo, per ea quæ trad. Bar. & Bak. in l. si pa-
triu. C. commu. vtrius. iudic. pulchrè Dec. consil.
21. sub nume. 6. versi. Sed in questione strac. de
Mercatur. p. 2. nume. 53. & 54. Batba. consil. 10.
colum. 7. volum. 4. Franc. Aret. consil. 52. videtur
in princ. Rim. Senior. consil. 201. num. 5. volum.
2. Decia. resp. 97. volum. 2. Menochi. attestans de
commu. consil. 12. num. 16. volum. 1. & latius d.
consil. 121. per tot. volum. 2. Rot. Gen. Decis. 71.
num. 4. Decis. 96. in 1. Decisio. 39. nu. 6. Mascar.
de probat. conclus. 1315. sub nume. 5. & sequent.
18. & 35. & partite nomine proprio in novo codi-
ce scriptæ, manifestè dissensum assignant ad quas
& ad libros negans societatem se refert Decia.
resp. 36. nume. 36. volum. 1. Item mutatur forma
mutata Apotheca vel exercitio solito. Decia.
Resp. 33. nume. 26. volum. primo, & alijs supra
relati.

Præterea dissensus non reuocandi societatem
percipitur ex epistolis seu litteris adinuicem scri-
ptis in quibus non fit superscriptio, pro ut tempo-
re societatis fiebat videlicet à M. N. compagni
sed intitulatio fit particulariter, & subscriptio fit
nomine proprio scribentis, & non sociali, ad
trad. per Decia. d. Resp. 60. nume. 28. volum. 2.
Mascar. d. conclus. 1315. sub nume. 6. vbi plures
allegat. trad. scrib. in leg. scripturas Codic. qui
pot. in pignor. Menochi. & alijs supra citati.

Et in tantum est verum quod societas ex dis-
sensu nequaquam intelligitur renouata, quod
percipitur etiam nūn, & seu per capitum motio-
nem, ab utraque parte significantem, non iuxta
trad. a scrib. in Rubric. & leg. 1. ff. de verbis.
obligat. sic in ijs, que a libera nostra uoluntate
dependent, dicendum est facit gloss. in simili in
capit. cum tibi de testa. quodque à fortiore in ter-
minis nostris procedit quando quidem societa-
te semel dissoluta, renouatio non præsumitur (li-
cet portio socij ut dictum est) penes alium remanerit,
cum forma prima sit mutata per d.
Menochi. d. consil. 121. nume. 73. & infra dicam
nec sola taciturnitas post dissolutam societatem
arguit consensum. leg. Paulus. ff. rem rat. ha. trad.
Menochi. d. præl. 57. in primo libro 3. cum alijs
supra relatis, Imo taciturnitas dissensum demon-
strat pulchrè Castren. in consil. 73. nume. 3. vo-

lum. 2. Mascar. conclus. 1316. num. 2. Crauet. con-
sil. 148. in fi.

Quanto magis si ex litteris familiaribus, aut
alicuius negotij, dissensus appareat, nam in claris
non est opus conjecturis leg. continuus. §. cum
ita de verbis, obligat. leg. ille aut ille §. cum ver-
bis de legat. 3. & in propos. Paris. consil. 82. num.
26. volum. 1. Rim. Senio. consil. 201. nume. 19.
volum. 2. Decia. de respons. 60. nume. 9. libro 2.
Mascar. d. conclus. 1316. num. 2. & seq. vbi supra
dictos allegat.

Et in dubio magis præsumitur dissensus quam
consensus, quando mutatur solita forma socialis
per ea quæ traditū Meno. & Mascar. mox adduct.
d. concl. 1316. nu. 4. 5. & 6. vnde si post dissolutā
societatem multis annis is qui prætendit societa-
tem esse renouatam tacuit, nec calcula, nec ratio-
nes reddi petierit, (vt solebat durante societate
de tempore in tempus inter socios fieri) non vi-
detur dubitandum, quia societas non potest dici
renouata optimè Castren. d. consil. 73. sub nu. 4.
vol. 2. sequitur D. Menoch. d. consil. 121. nu. 97.
ver. sexto non vol. 2. quos etiam refert Mascar. d.
concl. 1316. nu. 16. & sic not. hic vnam differētiā
inter societatem vniuersalem & particularem.

Modo non obstat dimissio illa capitalis penes
alium socium quia non arguit renouationem, so-
cietatis attenta mutatione, forma & inscriptione
libitorum, & non communicatis lucris, & dānis
ad inuicem licet vterque negocietur Pet. de Vbal.
d. trac. p. 3. num. 19. immo facta negotiatione in
proprio, & non in communi facta ab illo penes
quem d. portio reperitur. vt in terminis tradidit
Menoch. in allegat. consil. 121. sub num. 73. 96. &
97. vol. 2. in fortioribus terminis Decia. dict. con-
sil. 60. sub nu. 35. versi. Quinto & num. 37. vol. 2.
Castren. consil. 415. in 2. dubio volu. 2. & clarum
est quod iure familiaritatis in custodiā d. por-
tio dimissa dici potest, vel in deposito, aut alio mo-
do ad alium finem citra ius, & nomen societatis,
quo fit vt excludatur præsumptio societatis, vt per
Corn. consil. 25. 1. nu. r. vol. 4. Cæphal. consil. 247.
nu. 20. Decia. d. resp. 97. nu. 34. vol. 2. Alcia. præl.
25. & de communi testatur Mascar. d. concl. 1315.
nu. 48. & facit Pet. de Vbal. d. trac. de duob. fratr.
par. 3. nu. 20. non enim dicitur necessario hoc es-
se, quod ab hoc contingit ab esse, l. non hoc. C. un.
cognat.

Et ex hac ratione resoluitur quoque alia obie-
ctio de pecunijs spectantibus huic prætendenti
renouatam fuisse societatem ex actis a debitorib.
societatis, per hunc penes quem remansit capita-
le illius: quia de eis sanauit sociale debitum quod
in portione contingit illi pro quo soluit, quod ci-
tra ius & nomen sociale fieri potuit, vt facit text.
in l. socium qui in eo. ff. pro soc. Menoc. d. consil.
121. nu. 87. & in terminis sub nu. 105. ver. cæterū,
vbi ait contraria non procedere in isto casu, cum
concurrit dissensus, tum tacitus, tum expressus, vt
supradictum fuit, & quilibet in proprio ab inde
infra negotiatus sit, & tacuit per tantū temporis.

Minusque obstar, quod societate finita adhuc
durare dicatur effectus societatis donec exactum
fuerit omne id quod ad societatem pertinet, vt
per Rot. Genuæ Decis. 71. nu. 7. & facit Petr. de
Vbal. d. trac. par. 3. sub nu. 39. versi. aut durante
anno. & versi. secundo casu: quia rerum in casu
isto non habere locum si post quam vnicuique
assignata fuit portio, tam mercium, quam credi-
torum, & debitorum, nihil in commune exigendū
remansit facit Mascar. d. concl. 1316. nu. 12.

Hinc quoque dicitur quod si duo fratres, possident bona hereditaria pro in diuiso, & habitent simul, & negotia quilibet agat sua, sed luera, & damna non communicentur ad inuicem, societas nequaquam contracta dicitur. I. itaque, ff. pro Soc. Petr. de Vbal. d. tract. par. 3. nume. 19. & in fortioribus terminis Bald. consl. 482. vol. 5. Decia. d. Resp. 36. nu. 38. vol. 1. Menoch. de praf. libr. 3. praf. 56. num. 20. idem d. consl. 121. nume. 19. 103. vol. 2.

At si fuissent socij omnium bonorum, & postea cum alijs societatem alicuius mercantiae contraxerint, hac postrema societate soluta, & capitale, & debita, & credita diuisa remanserint penes unum ex dictis fratribus, & ambo tacerent perseuerantes in societate uniuersali, hoc in casu confunditur ista particularis, & dicitur renouata. Quia à primordio tiruli consideratur euentus, vt l. 1. C. de impo. luer. desct. cū simil. l. actio. §. morte ff. pro soc. Quilibet enim res de facili reuertitur ad primā uiam naturam. leg. si uno. §. pactus. ff. de pact. Titaq. de pén. temp. caus. 51. nu. 18. securus per antea non fuissent socij vniuersalium, sed particularis mercantiae, cuius ambo fratres cū alijs postea inierit societatem, secundum eorum ratam, vt puta quilibet pro tot caratis, vel uncij, aut Florensis: nam hac dissoluta societate, quamuis duæ solummodo factæ fuerint partes in divisione assignando unam partem M. & N. fratribus, alteram partem P. & Q. alijs socijs, nihilominus, nō dicitur per huiusmodi assignationem effectuum socialium, societas continuata nec renouata inter M. & N. alio non apparente, quia à priuatione ad habitum non datur regressus. I. decem cuin vulg. de verb. oblig. Decia. d. resp. 60. nume. 39. vol. 2. data scientia finis & divisionis societas: nam eti quatuor partes erāt fienda, sicuti interesse cuiuslibet ab initio fuerat expressum, nihilominus talis divisio non inducit inter hos M. & N. societatem, sed gratia facilitoris divisionis in duas partes diuisa societas censemur.

Vnde etiam à fortiori si inter duos societas per biennium contracta sit, finito biennio dicitur sine alia declaratione dissoluta. I. actione. §. itē qui societatem in tempus. ff. pro soc. Menoc. d. consl. 121. nu. 67. vol. 2. Rot. Gen. Decis. 14. nu. 93. Decis. 27. nu. 6. & 7. quamuis adhuc possident pro in diuiso, dummodo quilibet negotietur in proprio & sit mutata forma Menoch. d. consl. 121. nume. 96. & 105. idem praf. 59. nu. 10. libr. 3. Decia. resp. 60. nu. 30. uol. 2.

Nec potest argui is penes quem pars alterius pro in diuisa manet, quia præsumitur, si uendidit, vel de pecunijs exactis emit aliquid, quod de sua portione se præualuit. I. Nesennius. ff. de neg. gest. Bal. in l. si vnu. §. si vnu. ff. pro soc. Alex. consil. 136. nume. 10. volum. 5. Decia. d. resp. 60. nume. 36. & 39. volum. 1. Dec. consil. 442. nume. 37. Crauer. consil. 20. num. secundo, & 3. & consil. 252. nu. 2. Paris. consil. 86. nu. 17. vol. 1. & acquirit sibi, Petr. de Vbal. part. 3. nu. 36. vers. aut iste & in si. fatest quod sit paratus portionem alteri redde re Menoc. praf. 56. nu. 36. libr. 3. & d. consl. 121. nume. 23. volum. 2.

264 Communio autem personarum, vel causæ multa operatio videatur, primo quia domus communis demo liri non debet ob delictum vnius. vt in quarta pat. nume. 318. & in hac. sub nu. 660. Secundo propter communionem malorum bonis non creditur, nisi in conuertendo sit eorum communio. vt alias dixi. in materia hebraeorum,

alioquin cum bonis bonus eris, & cum peruetis per veteris, vnde Salamo. in Proverb. c. 13. dicit. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis erit, sed si inter plures delinquentes sit unus clericus tunc si petat remitti ad suum iudicem ecclesiasticum, ceteri quoque videtur remitendi, sed extra spiritualia delicta, laici non remittuntur vi. Mar. singu. 180. sub nu. 2. sic iudex laicus communicat ecclesiastico, & econtra, ne continentia cause in totum dividatur. Quarto communio operatur quod si unus sit habilis alter non, tunc inabilis gaudebit beneficio habilis. I. si communem. ff. quem. ser. amitt. Quinto operatur quod si sunt plures fratres simul habitantes, quorum unus sit exemptus ob immunitatem. 12. liberorum, ceteri fratres gaudent eodem beneficio donec manent in communione. Marci. dicto singul. 180. numero tertio, hodie hoc non haberet locum, nisi ante immunitatem ij fratres simul societatem omnium bonorum contraxerint, simulque habitauerint, vt infra nume. 196. Sexto si Iudeus stet in societate alicuius negociationis, cum Christiano gaudebit eadem immunitate, qua gaudent Christiani circa tale negotium. Marci. singu. 180. nume. quarto, securus in iurisdictionibus. vt in prima parte nume. 43. Septimo si mulier communionem carnalem habuerit, cum clero, ab Ecclesiastico iudicabitur. Marci. dicto sing. 180. nume. quinto, vi. Specul. titu. de iudic. §. sequitur uidere. quicquid dicant contemptores ecclesiasticae iurisdictionis, ipsi namque uiderint. Non est sapientia: non est prudentia; non est consilium contra dominum. Prover. c. 22.

265 In contractu etiam mutui æquitas locum habet, & omisla pro iure illa tristissima propositione, in qua dicitur mutuum dantes nihil inde sperantes: Nam infra suis loco latè in materia cambiorum diuersus sum. Dico quo debitor de æquitate habet beneficium legis intra biennium descendens ab exceptione non numerata pecunia, Lin contractibus. cum concor. Cod. de non nūme. pecu. & durante biennio debitor vigore contractus remanet naturaliter, & ciuiliter obligatus, efficaciter, post verò biennium remanet obligatus ciuiliter tantum, ad agendum per uim & rigorem sententia, & authoritatem rei iudicata, leg. Julianus verum debitorem, ff. de conditione indeb. I. actori. C. de rebus cred. Sed etiam de æquitate iuris gentium oritur quoque naturalis obligatio secundum Barto. in dicta I. Julianus. & per Gomes. varia. resol. tit. de contract. mutui. cap. 6. sub nu. 6.

266 Nam & si æquum sit, obligationem potius dis solui, quam conferuari, vt in dubio, nihilominus æquius est vt qui mutuum accepit soluat, vel restituat, prout considerauit Dyn. in cap. locupletati. num. 11. de regu. iut. in 6. & Dec. in iure naturæ. nume. 4. & 5. ff. co. vbi ait, a debitore post biennium posse probari pecuniam non fuisse receptâ. Sed intra biennium transfertur onus probandi in eum qui dicit esse creditorem, post verò biennium hoc onus remanet ad ipsum excipientem. Hac autem exceptio oritur ab illa æquitate per quam non permittitur aliquem locupletari cum aliena iactura. Bart. in l. planè ff. de per. hæred. Abb. in c. ex parte. il secondo de offic. deleg. Dec. dcl. l. iure naturæ. nume. 6. de reg. iur. quibus in locis habetur, quod statuum nunquam intelligitur rejicare exceptiones huiusmodi a dicta regula na- scientes.

Ad reg. locupletari. Nota quod soluens pro alio ignorantie, habet actionem negotiorum gestorum contra eum pro quo soluit, l. liber homo, l. solvendo, vbi gl. ff. de neg. gest. l. solutionem, ff. de solut. secus si pro expressè prohibente soluerit, & sic pro debitore inuito, quia equum est actionem non dari, propter prohibitionem ei factam, veteret Bar. contra Gugl. de Cun. in l. si Stechū, §. si in ff. de nouat. & deleg. & hac est una de fallentijs ad reg. l. quoties, ff. de præser. verb. vbi aequitas suadet actionem darine quis cum aliena iactura locupletetur, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. sublimita hanc fallentiam non habere locum quando quis in uitum delinquenter liberaret à pena corporali soluendo pecuniariam, ut dixi in prima par. sib. num. 153. ibi. Tertius potest, addo Ro. sing. 74. Felyn. in cap. si quando, de offic. deleg. & is tertius potest eo inuito appellare. Bar. in l. non tantum de appellat. & quid si debitot ipse soluerit creditori ceditoris, an sit liberatus trad. Bar. in l. solutum, & ibi Bal. ff. de pign. ach. & certe si creditum erat liquidum, & tempus solutionis instet, & creditor creditoris sit viuus, & debitum minime inficiari non possit, nisi cum manifesta calumnia, vel cauillatione, tunc extimo liberati hunc debitorem, secus si non obstante liquidatione, & tempore solutionis, is debitor ageret aduersus haereses, minores creditoris sui pro quo soluisse dicitur, quia haeres iustum habete presumitur ignorantiam facti defuncti, l. cum quis, de regul. iur. cum simili. & quod erat liquidum cum defuncto redditur illiquidum, contra haeredes, & ideo alio rem requirit indaginem, & nisi appareat pupillum effectum esse locupletorem, ab eo exigi non potest. Bar. in l. cui bonis, ff. de Nouat. & delegat. l. pupillo. & l. qui sic. ff. de solut. multo minus quando is, qui soluit, de alienis pecuniis soluit, & Dominus pecuniarum repeteret pecunias. Sed locupletari cum aliena iactura non dicitur, qui cum vere sit creditor, ante diem agit, vel petit interfunerium ob mortam, quando illud debetur, ut infra dicam, Afin. de execut. §. 3. q. 56. cum ibi per eum adduc.

Dico quod aequitas summopere locum habet in Gabella, quæ pro contractibus soluitur, licet rigor in exigendo gabellam sine distinctione servetur per ea quæ dixi supra sub num. 155. & facit illud Euangel. Cui tributum, tributum, cui vestigal, vestigal, & quod est Cæsaris Cæsari, & quod est Dei Deo, Matth. cap. 22. & melius est soluere quam dare occasionem scandalis, ut legitur de Domino Nostro Iesu Christo, cum esset Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui que cum egenus, & pauper vivieret, Psal. 69. Non tenebatur Matth. cap. 17. soluere drachmam, nec tributum: Drachma enim erat octaua pars unciae constans ex tribus scrupulis, & 18. siliquis secundum Isidor. & est gloss. in l. 2. C. de metallar. lib. 11. Sed Archidiac. 23. quæstio. vlti. cap. tributum, dicit, quod Drachma erat nummus certæ quantitatis cum imagine Regis, & ita accipitur in Euangel. Matth. cap. 22. ibi afferre mihi numima, & cuius est hæc imago, & superscriptio, dicunt Cæsaris; ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari. Ex ijs colligo quod aliud erat soluere drachmam, aliud tributum, nihilominus ad auertenda scandala Dominus præcepit Petro, ut solueret drachmam, sed quia nil habebat, dixit ei, vade ad mare, & mitte hamum, & eum pescem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies sta-

terem, illum sumens, da eis pro me, & te: Sed de iure communi quando Gabella est illicita licite fraudari potest, Causal. Decisio. 29. num. 14. par. 5. Cacheran. Decisio. 31. num. 15. & 16. Bal. in authent. habita, C. ne fil. pro patr. Ferrer. de Gabell. num. 160. vi. Nauar. Manual. Confess. cap. 7. num. 200. cum seq.

Aequitas ea est, quod licet de vino, oleo, tritico, & huiusmodi negotiatione sit soluenda gabella, tamē intelligitur à venditoribus, non autem ab illis, qui in eorum prædijs fructus huiusmodi recolligunt pro se, suaque familia, cap. ejc. 88. Ias. in l. cætera, §. si quis ad opus, colum. 2. de leg. 1. Cravet. consil. 6. num. 116. vbi in fortioribus terminis videtur inferre quod hæc non dicitur negotiatio, sed venditio, ad conuertendum pretium in sustentationem suę domus. Hinc infero ego quod illi Torcularioli qui aliquā portionem pro mercede suorum laborum recipiunt vini, vel olei ex Praelo, seu Torculari prouenientis, non debent soluere gabellam, quia est merces sudorum suorum, & Dominus iussit post peccatum Adas, ut homo in sudore vultus sui secreteret pane suo, Genes. cap. 3. & 4. & est, ac si in suo prædio recollegisset, nec illud de loco ad locum exportando, si a torculari ad suam dominum exportaret dicitur incidisse in commissum, etiam quod terga vertat versus ciuitatem contra legem, quia si dicit. lex non habet locum contra eos, qui in suis prædijs recolligunt fructus, idem in ijs torculariis, vel torculariolis, & ad hæc vi. omni. D. meum Petri. Caball. in suo Cas. Crim. 14. numero 5. & de materia per eundem cas. 129. numero 5. & de fraudantibus Annonam, pulchre per Decian. de Delic. tom. 2. lib. 7. tit. de frau. vel onerant. Anno. cap. 21.

Aequitas quoque dicitur ne de eodem contratu pluries Gabella soluantur, alioquin omnia in gabellis passim consummabuntur, Deci. consil. 457. in causa Gabellæ, vbi pro dore, nisi semel soluenda est. Rim. consil. 87. num. 14. vol. 1. Socin. consil. 302. videbatur, Angel. in l. cum eiusdem, ff. de adil. edict. Nec est soluenda de contractu nullo. Bal. in l. si constante, C. de donat. an. nupt. Bal. in l. 2. C. de euict. Rom. consil. 78. licet communi ure, vi. inf. sub numero 289. versic. sed restringenda.

Nec soluitur de promissione de vēdendo, quia illa non dicitur venditio, nec si in tali promissione dictum sit de pretio, quoniam attenditur pretium contractum, nec soluto procontractu soluendum debet pro distractu, Bal. in l. prima. quæst. 2. C. de rescin. v. vendit. & si gabella fuit soluta de usufructu, non debet solui de acquisitione proprietatis, nec è contra si fuit soluta de proprietate non debet solui de usufructu postea acquisito, Bar. in l. si proprietati, ff. de iur. dot. & stante statuto debet saltem computari vna solutio cum altera, ut de duabus solum vna solutio sufficiens efficiatur, & non integrum de qualibet solutione percipiatur, ne solutiones vnius rei, contra eandem personam multiplicentur, per Dec. d. consil. 457. facit Bal. in l. cum dotem, C. de iur. dot. Cæteria vi. pet Bettach. in suo ampio tracta. gabellar. & concludo, quod in hac materia gabellarum multa discuntur, quæ sunt in iure vera, sed nequaquam obseruata, tum propter quandam consuetudinem, tum propter varia statuta, & diuersos ordines, & vndique angustiae, siue in Italia, siue in Hispania, siue in Gallia, vnde dici solutum est miseri socios habere pœnarum, sed ubi iustitia vi-

get libenter Gabella solui debet: nam introitus Principum sunt neruus bona iustitiae, ac boni regimini, sine quibus nec seipso, nec populo regere, atque gubernare valent, sed nihil boni fieri potest sine auxilio Divino, quia nisi Dominus custodierit Civitatem, frustra vigilat qui custodit eam, Psalm. 126.

AEQUITAS IN FEVDIS. Cap. 6.

267



N feudis, & feudalibus æquitas locum haberet, Bal. de feud. tit. quæ fuit prima causa amittit. feu. cap. 1. §. porrò, versic. iudex æquitatem, capit. 1. §. si infra, tit. de pac. iur. fir. Affl. de feud. tit. de con trouer. inuestitur. cap. si quis, numero 17. & 18. Cœphal. consil. 560. numero 21. volumine 4. & in feudis est inhærendum illi opinioni, quæ magis adhæret æquitati, ut ait ibi Affl. dict. numero 18. Vnde licet fœmina ad successionem feudorum inhabiles factæ sint à constitutionibus feudorum, tamen id est contra ius commune, ut dicit Paris. consil. 4. num. 1. & consil. 21. num. 1. vol. 1. Nihilominus de æquitate dispensari solet, ad effectum, ut ipse quoque succedere in feudis valeant, cap. 1. & ibi glo. in ver. pacto tit. de Natur. success. feud. Io. Coconat. in cons. suo feud. posito inter cons. feud. Diuersor. & Alber. Bru. consil. 4. num. 6. consil. 5. vbi dicit quod

269 Fœmina in feudo non succedit, nisi in tribus casibus: primò quando est nominata in inuestitura, secundo quando feendum redemit à Domino, tertio quando Dominus ei dedit propter seruitium Patris. Ro. consil. 1. de prima habilitate, habetur ultra Io. de Coconat. per Bal. consil. 310. vol. 1. consil. 378. eo. vol. Raphael Fulgos. consil. 4. post med. Bolog. consil. 1. Curt. senio. consil. 51. Dec. consil. 390. num. 10. & consil. 498. Paris. consil. 22. num. 31. vo. 1. consil. 23. num. 74. & per Io. Scaramp. consil. feud. 108. num. 24. Maria. Soc. consil. 65. num. 11. par. 1. Rip. consil. 1. num. 74. vo. 1. Ceterum de alijs prædictis habilitatibus quibus fœminæ admittuntur ad feendum, vi. Cor. consil. 239. num. 1. vo. 1. Dec. consil. 208. num. 5. consil. 424. Rui. consil. 19. num. 9. consil. 25. num. 13. vo. 2.

270 Et quamvis de iure Constitutionum feudal. fœminæ excludantur à successione feudorum, tamen non existentibus masculis, filia de æquitate succedit in feudo paterno. Soc. Iunio. consil. 65. num. 23. vo. 1. similiter quando feendum fuit suis antecessoribus ascendéntibus concessum ob seruitium, fœminæ sunt capaces cum possint, & ipse seruire per substitutum, Alex. consil. 30. vo. 1. consil. 2. vo. 5. Curt. senio. consil. 48. col. 7. Cuma. consil. 99. & consil. 164. Ro. consil. 67. Grat. consil. 3. vo. 1. ultra supra relatos.

Alij tenent quod in feudo exiguo fœmina succedit. Sed in feudo materno hoc non habet duibium de æquitate scripta, secus de rigore legis. Affl. de feud. tit. an. matr. succed. in benef. vxor. num. 6.

271 An autem feudo semel effecto fœmineo, fœmina excludatur à masculo? credo quod non si æquæ vocentur ad feendum, sed si primo vocetur masculus, & eo deficiente fœmina, tunc res est

claræ, quia illa non succedit dum existat masculus, vt per Gozad. consil. 53. num. 14. & in emphyteusi vi. Caualca. decis. 1. & 2. par. 4.

* Sed si vasallus contra Dominum suum molitur, tunc æquitas conuertitur in rigorem, quia sic postulat rigor in pœnam peccati ingratitudinis. Bal. in cap. 1. §. item. qui Dominum, & §. porrò, tit. quæ fuit prima caus. benef. amittit. & ideo feendum perdit si Dominum affalierit, vel vicum in quo est per vim ingressus fuerit, vel impias manus in Dominum intecerit, vel duas graues, & inhonestas iniurias intulerit, vel vita eius, ferro, veneno, vel alio modo insidiatus fierit. & de alijs causis de quibus per Bal. in d. §. porrò, cum iuribus passim ibi per eum adduct. & ait æquitatem satis esse in declarando vasallum amississe feendum.

272 Et in tantum est vituperanda ingratitudo, * quod ingratitudo Patris nocet filio in vita patris, & etiam post de rigore iustitiae feudorum. Bal. in §. item. qui Dominum, & ibi Affl. glo. 3. num. 6. similiter ingratitudo filij nocet Patri. Io. Andr. add. ad Spec. tit. de feud. §. nunc dicimus, & iure diuino per ingratitudinem primi parentis omnes eius descendentes damnati fuere ad mortem, testis mihi Paul. ad Ro. cap. 5. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed aequitate Divina per aduentum filij Dei, qui redemit nos in sanguine suo, & per sacramentum Baptismi nostre nasci fecit. Io. Euang. cap. 3.

Modò per ingratitudinem nedum perdit feendum, sed reuocatur Donatio, vt l. 1. C. de reuoc. donat. perditur etiam legatum, l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inffinc. testam. Perditur beneficium Ecclesiasticum, cap. fin. extra, de postul. perditur amicitia. Cic. eo. hb. 1. perditur charitas, c. serpens, fit indignus omnium rer. tot. tit. ff. quib. vt indign. Nec in celo, nec in terra mortali potest. Hinc Angelus Lucifer electus fuit de Paradiſo, & in infernum per petuò relegatus, & ingratitudo duas habet Ancillas, superbiā, & inuidiā. Verum non omnis leuis ingratitudo facit quem esse indignum beneficio, sed debet esse magna, & notabilis, vt per Affl. tit. ex quib. caus. feu. amitt. c. 1. num. 24.

* Tandem Nota, quod vasallus tenet ad multa erga Dominum suum, vnde si habet modum tenetur suis sumptibus facere. Nam regula est, quod obligatus ad aliquid faciendum tenetur id facere sumptibus suis. Clar. §. feendum, quæst. 21. vers. 1. in fin. si non habet non tenetur, l. impossibilium, de regul. iur. Verum æquitas naturalis non patitur quod vasallus debeat præponere salutem propriam, saluti Domini, absit, per gloss. c. Primo, in fi. quibus modis feu. amitt. non obstante gloss. in l. 1. §. codem autem recto, ff. ad Syllanian. quæ contrarium tenet de seruo erga Dominum. tamen quo ad vasallum est communiter reprobata, vt testatur Clar. dict. §. feendum, quæstio. 21. versic. sed quæro, qui in versic. sequen. dicit quod vasallus tenetur nihilominus adiuuare Dominum contra proprium patrem, & filium, per text. §. fin. tit. hic finit. lex. & testatur de comm. op. contra autem se ipsum nequam, tenet gloss. dict. §. fin. Iacob. in sua inuestit. in verb. & promiserū eidem, sub nu. 13. quia vir ait Clar. prima charitas incipit à se ipso: at hac op. magis de rigore quam de æquitate procedit.

ÆQVI-

*AEQUITAS IN CURIA
Mercantiae. Cap. 7.*



- 273 N Curia Mercantiae æquitas locum habet, cuius Tribunal quo ad exequendum est rigorosum. Soc. iunio. consil. 131. num. 234. par. 3. idem in alijs Curijs in quibus causa Mercantiae aguntur. Nam vbi de bona fide agitur non congruit de apicibus iuris disputare, vt ait Bal. consil. 198. col. 2. lib. 1. idem in consil. 400. in libris Thesauraria, col. pen. lib. 5. vbi in curia mercatorum solum de mera veritate, & consuetudine Mercantiae tractatur, & Ang. in l. argentarius, ff. de eden. dicit quod in tribunali Mercatorum non habet locum nisi veritas, & æquitas, & in consil. 216. Infert quod in curia Mercatorum, vbi de bono & æquo proceditur poena peti non potest ultra id quod intet, & prætermis iuris solemnitatibus, solum bona fides, veritas & æquitas, inter mercatores mere seruantur, & in eorum Curijs. Ro. consil. 94. vers. ijs, quæ narrantur hinc est, quod si alter ex socijs vir probus male sui, & socij est, & qualiterdam solemnitates, (quæ fieri solent magis ad bene esse, quam quod necessaria sunt pro substantia dati, & recepti) non seruauerit, non est iniuriam dum contra eum, quoniam credendum, quod nec ipse perdere voluisse, multò magis, si is socius egisset simul facta suorum nepotum ex filio minorum, quoniam satis est quod facere potuerit, nec curatur, an per simplicem literam, vel publicum Instrumentum hoc fecerit, vel an ante consensum, vel post præstiterit, aut ratum habeuerit etiam per solam scientiam, quando ab initio negotium utiliter gestum est. Dec. in l. semper, qui non prohibet, sub num. 2. de reg. iur. & initium cuiuscunq; rei spectandum est, l. Pomponius, ff. de neg. gest. Rot. Gen. decif. 56. vi. Dec. in l. contractus, de reg. iur. & subsistente æquitate non est dubium, quod ita iudicandum est. Dec. d. l. semper, in fin. & ita pro Morbiolis Mantua dixi supra, sub num. 81. satis est, quod fecit pro alijs simul quod pro se voluit, at si post factum, res male se habuit iactus fortunæ fuit, & ideo non imputandum socio, l. quæ fortunis, vbi glo. & Doct. C. de pign. act. Sed & si damnum, §. 1. ff. de pecul. & in dubio præsumitur fuisse diligens. Soc. consil. 149. num. 1. ver. tertio, lib. 1. Rot. Genuæ, decif. 76. num. 6. 7. 8. & 9. & in proposito æquitatis seruanda in causis mercantiae eadem Rot. Genuæ, decif. 171. num. 7. & ideo pacta, & conventiones etiam oretenus, & sine scriptis inter socios sunt seruanda, §. 1. Institu. de oblig. quæ ex consensu nasc. l. iuris iurandi, §. Prætor ait, l. si congenerit, ff. pro soc. vt in simili dicitur contra illos, qui satagunt retractare sententiam, prætextu duntaxat, quia non fuerunt citati ad sententiam, licet ad omnes alios actus fuerint citati, & causa in contradictorio pluries trita, & ventilata, & sciant nullum ius eis in meritis competere, quoniam vbi nil aliud operari potest talis exceptio non citati, nihil prodesset debet. Alex. in l. non solum, §. morte, col. 15. ff. de nou. oper. nun-

tiat. in l. pupillum, ff. de re ind. Crauet. consil. 179. in causa appellationis, col. 2. versic. 2. pulchrè Sebastia. Vant. de nullit. tit. Qualiter senten. & process. qui dicunt. null. sub nu. 107. 108. & 109. nam etiam quod fuisse citatus ad sententiam, nihilominus reparare non posset quin contra se sententiam haberet, & ideo fruole exceptiones undique rei ciuntur, vt per Doc. quos adduc. Vant. loc. cit. & frustra contendit de eo, quod non relevat, l. non oportet, de leg. 2. l. successores, vbi Sal. C. ad leg. Falc.

- 276 Nec obstat id quod alio in loco dicit Vant. tit. de null. ex defec. cit. num. 10. quod sententia etiam in fauorem non citati est ipso iure nulla, vt per Bart. in tracta. ad reprimendum, in verb. figura, in fi. & per Bal. in l. ea quidem, col. 2. in fin. C. quomodo, & quando Iudex, cum alijs ibi per Vant. adduc. Quoniam hoc verum est quando is in cuius fauorem sententia lata fuit, nunquam fuit citatus, nec vlo modo appetet partem aliquam fecisse in iudicio, quia iudicium dicitur constare ex tribus, videlicet, Iudice, Actore, & Reo, Doct. in Rubr. C. de iudic. Marant. de ord. Iudic. prima parte, numero 4. & id in civilibus, in criminalibus vero quandoque sine accusatore iudicium procedit, vt quando iudex ex officio inquirit, cap. qualiter, & quando, il 2. de accusatione. quandoque sine Reo, vt quando generaliter inquiritur super notorio criminis, & ignoratur delinquens, Innocent. in cap. bona, de elect. Marant. de ordin. iudic. par. 2. num. 2. & 3. vnde sententia est adeo nulla in civilibus deficiente aliqua ex tribus personis, quod reputatur, tanquam à priuata persona emanata, vt per Vant. loc. citat.

- 277 Redeundo ad Mercantiam in Alma Ciuitate Florentia adest Tribunal Mercantiae clarum per omnes partes tamen Transalpinas, quam Cisalpinas, vbi saepe etiam ab externis nationibus mittuntur causæ decidendæ per viam recursus, interuenientibus multis nobilibus, & versatis mercatoribus, qui de more auditis separatim, & priuatim partium iuribus, pro certa die simul conueniunt, & lautum prandium sumunt, quod (vt ingenue fatear) non æquiparatur hæc congregatio synodalibus, sed Diætis Theutonicorum, sumptoque prandio inter ipsos super meritis tractatur, demum de bono & æquo litium finis imponitur, absque vlla spe appellationis, vel revisionis, & ipsis descendentibus iacta est alea, & re vera est pulcher modus terminandi gene expensis causas iux. l. aperiissimi, C. de iudic. vi. inf. vers. de mercatura.

- 278 Sed æquitatis est negotiari, & mercari, & mercatura tribus ex causis principaliter fit, vel propter publicam utilitatem, vel propriam sui, & suæ familiæ exigentiam, vel sociorum. tertia fit lucti causa tantum, primæ duæ sunt laudabiles, at hæc postrema dñabilis in foro poli, Arist. de primis duabus loquitur in 6. Politie, sed ait, quod sicut pio, & moderato pretio, non autem rigoroso. Hinc est quod res vendi potest aliquo pluri, quam empta fuerit, secundum S. Thom. 2.2. q. 77. ar. 4. vbi tres casus ponit, & ad hæc vi. Seraph. Cas. Conscien. 4. & 8. vbi de vendente ad creditentiam, & vi. supra num. 199. 248. & infra vi. omnino Ludou. Carbo, tract. de Restitut. omn. rer. quæst. 52. per tot. vbi de emptione, & venditione iusta, vel iniusta, & quid in foro fori, & in foro poli.

- 279 De mercatura autem, & mercantijs apprime tractat

tractat Strac. in notabili suo tract. de Mercatur. præsertim in vlt. par. tit. Quomo. proc. vbi ait non licere in Curia Mercantia de apicibus iuris disputare. num. 1. idem in tit. Qomo. cauen. sit, num. 6. & 7. vbi ait Iudices Mercantia posse procedere, de similibus ad similia dummodo id faciant cum æquitate scripta, non autem captiosa, & si non in specie, saltem in genere, ut videtur de clarare Cagnol. d.l. in omnibus, num. 7. de reg. iur. dicens, aut æquitas, & ius descripti non reperiuntur in illo occurrenti casu, & tunc attenditur æquitas naturalis iustitia, ut per Barbat. ibi adduct. verum quando inter hos Iudices breuis togæ, non interuenit quoque alius Iudex legalis, reor ne quandoque æquitas, non fiat iniquitas, & rigor severitas, vel si fiat æquitas illa careat Dyphtongo. Postremò quando Mercator debitor forte de toto suo posse, & habere conuenientur debet ei relinqui tantum quantum sibi sufficit ne egeat ad vitam suam secundum dignitatem suam, ff. dere iud. l. cum ex causa. Lap. alleg. 101. num. 19. fallit quando malitiosè decoxit, c. damnum, de reg. iur. quod in dubio præsumitur, vt Strac. de Decoct. q. 1. fallitus ergo in dolo, & prædicta circumscriptis ordinibus, & statuis.

AEQUITAS IN VLTIMIS Voluntatibus. Cap. 8.

280



N vltimis voluntatibus æquitas multum operatur rex. in auth. de Nupt. §. disponat, Rol. à Vall. consil. 6. num. 13. vo. 4. tex. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. §. fin. Institu. de hæred. quæ ab intesta. def. natura- lis namque æquitas abhorruit differentiam sexus masculini, & foemini ad quod vi. Lap. alleg. 101. sub num. 13. ibi aliquando ius fuit æquum abhorruit relinquere plus vni quam alteri filiorum, & abhorruit præponere propria soboli, sobolem alienam Ill. Mantic. de coniect. vlt. vol- lunt. lib. 5. tit. 11. num. 8. & 9. Nec præsumitur voluisse per odium exhæredare, sed memorem suæ salutis fusile, præsertim contritus, & confessus, idem lib. 6. tit. 10. num. 8. & 9. & quia hæc præsumptionis materia est multum ampla, semper in dubio est adhærendum illi præsumptioni cui fauet æquitas, vel pro qua æquitas est, & quæ est secundum ordinem charitatis, idem lib. 6. tit. 11. num. 5. & quæ sapient æquitatem præsumuntur veridiora, & prævalent. Menoch. de præf. lib. 1. q. 9. num. 9. & alibi: quoniam veritas naturæ sicut æquitas sequenda sunt tanquam due sorores virgines, l. cum ita legatum, de conditio. & demo. l. in summa, de aqua pluui. Lap. alleg. 91. num. 4.

281 Modò testatores solent in eorum vltimis voluntatibus apponere hanc clausulam salua gradus prærogatiua, & tunc cum illa sapiat ordinem charitatis, intellegunt æqualitatem procedere vna cum æquitate: et per Doc. in auth. defunctor. C. ad Tertull. que clausula excludit representationem gradus, at non excludit representationem à iure receptam, Pereg. de fideicom. Art. 71. num. 3. & anteart. 21. num. 20. & seq. vbi maxi-

me si testator addiderit, salua gradus prærogatiua secundum ordinem juris, sed nihilominus intellegitur in terminis iuris communis de æquitate, circumscripto statuto, ex quo testator præsumitur voluisse testari primo iuxta statuta sua patriæ, secundo secundum ius commune, Gemi. in cap. 1. num. 6. de res. Ill. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 9. num. 16. & de hac clausula habes per Caualca. decisi. 9. p. 2

Et inter alia quo ad æquitatem, & æqualitatem seruandam attende, quod si unus est institutus in maiori portione non potest ut priuilegio remissæ solemnitatis contra alium in minori portione institutum, nam hanc esse Decisionem æquam, & naturalem ait Dec. consil. 105. nu. 6. sed talis exceptio competit tantum illis, qui minus habuerunt, iuxta materiam, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.

282 Hinc etiam, si testator hærede in instituto fratre suo, aut sorore, iussit bona sua mobilia, quibusdam executoribus testamentariis vendi, & pretium redigi in tot competitis Sancti Georgij Genuæ, vel in Montibus non vacabilibus Roma, non intelligitur voluisse etiam cibaria vendi ad d. effectum: Nam Cibaria, Viueria, seu Gra-

* scia, pro alimentis in domo Testatoris repertis, vt sunt Vinum, Oleum, Triticum, Caseus, Lardum, Oua, Mel, Ligna, Carbones, Palea, Fœnum, Blada, & huiusmodi, non comprehenduntur in tali dispositione, quamuis appellatione mobilium ea omnia veniant, l. 3. ff. de penu. leg. & pulchre Fulgos. consil. 116. qui propriè loquitur in Grascia, & etiam pecunia veniunt appellatione mobilium, quæ per petuò ibi non erant per mansura, Bursat. consil. 246. num. 3. lib. 2. Ti-raq. de Retract. consangu. §. 1. gloss. 7. num. 103. Dec. consil. 381. Boer. decisi. 209. & ita obtinuit Florentiæ anno 1604. à Clariss. Magistratu Senatus ad fauorem sororis D. Io. Baptiste Benada testatoris de Fiuzano, sed olea & aqua recondita in Amphoris vendendi causa, dicit non venire tex. in l. 3. ff. de penu. leg. nec dolia, sed Clarissimus ille ordo, maxima æquitate motus, decretauit etiam de ijs ad commodum d. sororis hæredis, qui casus tanquam singularis est valde not. & qui symbolum aperuit fortis remansit.

* Præterea causa testati facit cessare causam intestati, æquum est enim, ut voluntates testantium fortiantur effectum, c. vltima voluntas, 13. q. 2. l. si testamentum, C. de testament. d. §. disponat, in auth. de nupt. l. fin. C. de edic. Diui. Adria. tollen. cum concor. l. non aliter, de leg. 3. l. quoniam dignum, C. de testam. & illorum opinio est sequenda, qui tenent pro causa testati. Corat. de com. op. tit. 9. libr. 11. cas. 20. cum ibi per eum adduct. & infra dicam, versic. item æquitas facit tex. in l. in testamentis, de reg. iur.

Et idèo si dubitetur an dispositio valeat, vel non, aut nunquid testamentum factum sit, semper in hærendum est illi opinioni, quæ fauet, dispositioni seu testamento, vt dicit glo. in l. 1. C. de offic. testam.

* Et vbi rigor iuris non permittit quod in codicillis hæreditas directa, nec dari, nec adimi potest, l. 2. C. de codicillis, l. hæreditas. C. quib. vt indign. vbi Bar. Bal. & alii omnes Paris. consil. 35. num. 5. lib. 2. Secus de æquitate, in testamento inter liberos Ro. comm. op. esse dicens, in consil. 79. las. in l. hac consultissima, §. si quis, nu. 4. C. de testa. & Paris. d. consil. 36. num. 6. & seq. l. Scuola, ad Tiebellia, tamen substitutus mor-

tuo

tu filio ante testatorem non gauderet hoc beneficio. Mantua sing. 83. cum ibi per eum adduc. sed in nepote filio substituto, eadem ratio militaret, l. illud, ad leg. Aquil.

De æquitate quoque Canonica aditio hæreditatis non requiritur, licet securus de iure ciuili. Cano. in c. 1. de testa. Lapp. allegat. 91. vbi in materia Statuti Florentini consuluit, sub num. 4. ibi, sed de simplicitate æquissima, & num. 5. dicit quod pietas non stat in nomine pietatis, sed in substantia veritatis, & charitate subiectionis, l. cum hy. ff. de transac. §. sed si personarum, §. si in annos, C. de medie. & valet.

Insuper iudex æquitate motus potest contra perniciem testatoris dispositionem in melius illam reformare, præsertim ad evictanda scanda-la, & rixas, sine cuius remedio præsto orientur, secundum Nat. consi. 425. volu. 2. vbi in casu quo testator mandauit uxori suæ morari in eadem domo, cum suo priuigno. ad quod faciunt quæ sup. dixi. sub num. 263. & 264. præsertim questiones voluntatum tacitarum testatoris solent determinari ex naturali æquitate. Bal. consi. 235. vol. 4. poterit etiam prouidere. circa modum datum a testatore, vel remissionem inuentari reuocare, & eogere vrinuentarium fiat. ita æquitate suadente, & pro bono, & utilitate pupilli. Bald. in l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & demon. l. fi. C. de arbitr. tutel. Poteritque index ex æquitate, non autem de rigore iuris, assignare vñarem pro quarta Trebelianica, vel Falcidia, vt per D. Menoc. de arb. cas. 164. nbt. 3. & ad prædicta Afin. de execut. §. 3. cap. 229. Sed non poterit villo modo alterare, vt qui est hæres non sit hæres, vel cui totum relictum est illud totum nō habeat, absit, sed circa modum hæreditandi datum, ex causa iudex poterit prouideretur per Afin. loc. cit.

Postremò pone quod testator, in suo testamento prohibuerit bonorum suorum alienationem, dico quod si hæres deliquerit talia bona non venient in confisicatione bonorum, quando testator expressit per quamcunque alienationem sive necessariam sive voluntariam etiam in casu delicti ut esse com. op. scrib. in l. filius familias. §. Diui de legit. 1. ubi Alciat. Rip. & ceteri quos adducit Marciar. de fideicommiss. q. 47. Surd. Decis. 254. Sed oportet ut testator adjiciat rationem finalem ob quam.

Testator prohibuit bona alienari, uidelicet, quia mens & intentio sua fuit & est ut bona sua perpetuo remaneant integra in domo sua, & ad commodum suorum hæredum, & non aliter, vt Marc. d. q. 47. in fi. dicit. & D. Borg. Caualea. Decis. 6. nu. 45. Decis. 16. nu. 14. p. 3. Nā per talē declara-tionē excluditur illa præsumptio, ne in fraudē fisci facta uideatur talis prohibitio. vi. Boss. de publi. Bono. in qua cōfiscatione ordo est quod describantur omnia in dubio, in inuentario, deinde illorum fit ex corporatio quæ petuit fieri coram iude fisci. At viuente delinquentे fiscus gaudet vñfructu dictorum bonorum sub fideicommissio relictorum, l. peto, §. p̄dium, ff. de leg. 2. Peregr. de iur. fi. lib. 5. titu. 1. De public. Bono. sub nu. 101. 102. & 103. æquitas enim suadet, vt dispositio-nes vñmarum voluntatum uites habeant, & sublineantur, d. §. disponat in auth. de nupt. sed rigor permittit, quod qui dedit causam edicto amittat vñfructum, ca. damnum, cum simil. de reg. iur. vi. inf.

Quo verò ad gabellam vñmarum voluntatū sciendum est quod gabella, quæ est res odiosa nō

debet solui regulariter de vñmis voluntatibus, si. C. de edict. Diui Adr. tollen. vbi Bal. not. quartto. Ex quo supremi hominum voluntates sunt fauorabiles, & in eis æquitas sum opere seruanda est, vt supra dixi, nu. 280. & seq. latissimè scrib. in Rubr. & l. 1. de testa. est tex. in l. vel negare, ff. quemad. testa. ape. & ideo statutum quod fit in contrarium dicitur iniquum. verūtamen factum tener Bertach. de gabell. 8. par.

Sed restringendum est statutum, vt non soluantur gabella nisi pro illa parte quod restat vtile legatario deducendo gravamine, & sumptibus Dyn. Bal. Ang. & alij in l. non amplius, de leg. 1. Soc. consi. 76. vñsa facti, par. 1. Hinc est quod si hæreditas, vel legatum nullum emolumenatum afferant nulla gabella est soluenda, vt per doc. loc. supra citato in d. l. amplius, & in l. non dubium, ff. ad leg. Falc. Castr. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. de lib. & in auth. de nupt. §. si verò. Nisi aliter statuto caueatur, quod si quis im miscuerit se hæreditati, & infra 15. dies non repudiauerit, teneatur ad onera hæreditaria, vt Flor. in 2. vol. statu. in rubr. 29. sicuti diximus non esse soluendam gabellā de contractu nullo sup. nu. 250. ver. æquitas quoque. Nec de sententia nulla num. 239. versi. Nota.

Nec gabella solui debet de legatis pijs, ar. l. non dubium, cu. in auth. si similiter, ff. ad leg. Falc. Sicut non deducitur Falcidia, §. si autem heres, in auth. de eccles. l. cum dotem maritus, vbi Castr. & l. si seruos, ff. ad leg. Falc. Nec Trebellianic. Cyn. Bar to. Bald. Ang. Salyc. & alij. in auth. si similiter, C. ad leg. Falcid. Nec deducitur canonica portio gl. co. approbata, in c. 2. de sepal. Franc. Aret. in l. 1. col. vlt. priu. 16. C. de saer. sanct. eccles. & de ijs omnibus latissimè per Tiraqu. tract. De priuileg. pia cause, priuileg. 26. 27. & 28. qui tamen de gabella in legatis pijs nihil dicit facit d. l. fina. C. de edict. Diui Adria. tollen. similiter nec soluitur pro lega-to factō pauperibus. Cano. in d. cap. 2. de sepultu. quia legatū factum pauperti pro anima piuū dici-tur. sicuti etiam quando quis pro exoneratione conscientiæ aliquod legatum relinquit, locis ecclie fiaistic, vel pijs, aut pauperibus. Bal. in l. si seruo, ff. de hær. institu. Bart. in l. 1. q. 4. C. de sacr. sanct. eccles. sed multa in iure substinentur, que de factō non seruantur, & ideo qui causam habet contra gabellarios, vel fisca duram causam agit, & aduersarios habet nimium potentes, & ideo Dominus noster Iesu Christus, qui non tenebat solueredrachmam, tamen illam iussit solui à Petro pro se, & Petro ratione scandali auertendi, vt ait S. Matth. Euangel. c. 17.

Et ad supradicta vi. omnino D. Borg. Caualea. Decis. 14. par. 5. per tot. vbi arrestatus in palatio, in domo, vel in alio loco sub fideiūsione dicitur propriè carceratus, & comprehenditur a statuto actiue, et passiue de carcerato loquente, & latè per Farinac. d. q. 27. & 30.

AEQUITAS IN STATUTIS.

Cap. IX.

284

N statutis æquitas locum habet, d. leg. in omnibus quidem, ubi Doc. de reg. iur. Nam ratio naturalis est potissima in statutorum dispositione, & illorum interpretatione. Bal. in c. 1. colu. 14. de Pac. constan. & refert Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 362. ff. de vñfructu. Ratio enim naturalis sapit æquitatem,

tem, & humanitatem, & est certa ratio, quæ in dubio pro lege scripta habetur, Angel. consil. 345. & ratio naturalis idem est quod iustitia naturalis, præualens rationibus coniecturalibus, Tiraquel. tract. caus. cess. limit. I. num. 86. Multumque operatur benigna, & æqua interpretatio quando dispositio non est clara, & quando causa in ea non exprimitur, & quando laboratur ad commodum filiorum, & proximorum, Minorum, mulierum, & personarum miserabilium, orphanorum, viduarum, & huiusmodi: Nam tunc recurritur ad æquitatem insurgentem à ratione naturali, & æquitas suadet ampliare, & restringere, mentem legis, & hominis, prout & sicut subiecta materia pia, æqua, & favorabilis postulat, Abb. in cap. ex publico, numero 8. de conservat. coniug.

285 Et quo ad statutorum interpretationem consuetudo, & æquitas pari passu ambulant, l. cum de interpretatione, de leg. Sed æquitas tanquam fundamentum veræ interpretationis præfertur, Cæphal. in l. si socius, pro filia, ff. pro soc. Bal. in l. defunctus, col. 2. ver. no. C. de suis, & legit. Cæphal. consil. 412. num. 11. vol. 3. & dicam infra.

286 Et ad tollendam contrarietatem statutorum, & ad euitandam iniquitatem, & absurditatem, æquitas permitit quod verba statutorum potius impropriari debeant, l. præcipimus, in fin. C. de appellation. cap. cum expediatur, de election. in 6. l. vñica, vbi Doct. C. de inoffic. dot. Cagnol. in l. I. num. 25. de neg. iur. vbi dicit iniquum esse regulam non fallere, vbi æquitas suggerit, cap. intelleximus, vbi Abb. de Iudic. l. nam absurdum, de bon. damnat. Euerar. in sua Centur. loc. ab absurdo, idem in argum. à rat. leg. ampla. & vi. in hac 6. part. num. 490. & Bart. in l. omnes populi, num. 65. de iustit. & iure.

287 Præterea à proprietate verborum in statutis receditur quando attenta illorum proprietate dispositio nil valeret, & de vento seruiret, Bonacossi. alios alleg. in suis questio. crimin. in versic. verba, & Damas. Reg. 110. quod & in vltimis voluntatibus, & in rescriptis, ac priuilegijs locum habet, Abb. in cap. ad audiendum, num. 1. 2. not. de decim. Ias. in l. non dubium. colum. 10. C. de leg. sed per rationem, seu mentem statuti, seu testatoris dubiam, & incertam, verba clara nequaquam restringenda, neque ampliada sunt, l. non aliter, de legat. I. l. prospexit, ff. qui & à quibus, Lap. allegat. 101. sub num. 9. & num. 15. ante versic. & quod ista.

288 Et insuper illa interpretatio, quæ est magis æqua dicitur iustior, & magis amplectenda, Bal. in cap. cum olim, de consuetu. maxime quæ Religioni Christianæ magis consona est, quæque impugnat quodammodo rigorem maxime Tyrannicum, quia illud non dicitur rigor juris, Batt. in tracta. ad reprimen. in verb. non obstat, col. 3. Doct. in l. Gallus, S. ille casus, de liber. & posthum. Canon. in cap. statutum, §. cum vero, de rescript. vi. quæ in propos. dixi in tract. de test. par. 1. sub num. 47. lit. H.

289 Hinc est quod statutum contra rigorem iuris introductum sit in consequentiam trahendum, l. quod contra, de leg. vnde bannitus potest iura sua cedere, secundum Iac. de Aret. tracta. de cess. iur. num. 40. & 41. Hinc est etiam quod si statutum prohibeat opponi, et excipi, vel de nullitate dici, nihilominus, quando nullitas erit euidentis, & patens rigor tollitur, & Iudex ex officio æquitatis non obstante statuto nullitatem ad-

mittere potest, vt iniquitas statuti non præualeat iustitiæ naturali, Rom. consil. 42. vñsis, numero 5. & consil. 244. pro evidentiâ, item in casu non prouiso à statuto Iudex ex officio suggerente æquitate prouidere potest, Asin. de execut. §. 3. cap. 298. Et ubi statutum, vel consuetudo repugnaret iuri Divino, vel iuri naturali, vel etiam effet improbatum à iure non valerent, quia illud statutum illa consuetudo dicerentur irrationalia, quæ corruptela vocatur, cap. vltim. ext. de consuetu. ibi glos. & Doct. Lap. alleg. 101. sub numero 13.

Est bene verum quod ex causa rigorosa dispositio attendenda est in certis casibus in quibus si æquitas seruaretur homines insolentiores fierent. Nam homines pestilentes dissipant Ciuitatem, Salom. Proverb. cap. 29. qua de re dixi quandoque patrem pro filio, & è contratenere, vt in 4. p. num. 13. ex Clar. questio. 86. & quod villa, seu vniuersitas teneatur ad emendam damni, per Angel. consil. 62. incip. Nobilis, & Crot. consil. 152. numero 12. volumine 2. per tex. in cap. quoniam, ext. delit. non contesta. talis enim rigor toleratur, & ex causa Iudices quandoque imitantur iura municipalia, cum sint in re præsenti, & ad eos spectet purgare prouinciam malis hominibus, l. congruit, cum concord. de offic. pres. & si non desint alij Scriben. male sentire de hac practica dicentes à seculo auditum non fuisse, qui in futurum non ita dicent.

Tandem omittere nolo quod statuta regulariter non ligant Clericos, cap. fin. de consuetud. Bart. Bal. & alij in l. cunctos populos, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, Canon. etiam in cap. Ecclesia Sancta Mariæ, extra de constitutione pulchre Lap. allegat. 101. numero 3. qui sub numero 14. declarat id locum habere, quando scilicet statuta prohibent bonum secus si prohibent malum, & illa, quæ ardent ad onera, sive in rem, sive in personam, quia (vt ipse ait,) sub num. 15. imperare, & vetare non potest fieri nisi quadam autoritate superioritatis, quam non habent laici in Ecclesiastico. At statuta generaliter præstantia auxilium, & fauorem, ac priuilegium, tunc ab ijs non excluduntur clerici quamvis communis esset in contrarium, cum sit rigorosa per ea, quæ infra versic. seq. dicam, & ad personas, & ad res Ecclesiasticas porrigit effectum suum, l. omnia priuilegia, de Episc. & Cleric. c. 2. extra, de consuetu. quia consulere, permettere, & priuilegium præstare potest lex etiam non suppositis, l. 1. C. de eman. lib. l. conuentum, ff. de pac. cum alijs iurib. de quibus per Lap. d. alleg. 101. sub num. 15. 24. 25. vbi declarat, & infert quod Ecclesiastici sunt capaces successionū, quando statuta excludunt fœminas dotatas propter masculos, vnde si extant Ecclesiastici non excluduntur, & declarat duo statuta Flor. vnum de modo successionis mulierum ab intestato, alterum qualiter reddatur ius Clericis, & dicit, quod statutum excludens fœminas propter masculos, non est factum ad finem propagandæ prolis, ideoque & Ecclesiastici sunt admittendi, & quod si respicit dignitatem domus Clerici sunt digniores laicorum, & per dignitates Ecclesiasticas allegat exemplum familie Vrsinotum, & Corsinorum, de Florentia.

*AEQVITAS IN OPINIONE
Hominum. Cap. X.*

290. **S**ecunda sequenda, quæ est benignior. Tem equitas locum habet in opinione hominum, quoniam in diversitate opinione, illorum opinio est sequenda, quæ est benignior. Abb. in cap. 2. extra, de consanguine spirituali. plures in propos. Corr. allegat. d. suo tract. de commu. opinio. tit. 6. inspec. 1. nu. 85. & ait procedere etiam si opinio rigorosa esset magis communis. Caualca. decis. 25. nu. 15. decis. 44. nu. 34. p. 1. decis. 4. num. 34. p. 3. & intellige quando talis opinio actus permissiuo faret sicut in ultimis voluntatis gratijs, priuilegijs, & in ijs, quæ à voluntate vnius tantum dependent: Nam in dubio dicendum est actum permissuum (vti fauorabiliorem, quam actus prohibitiuum commodi) magis valere, quam perire, l. quoties, ff. de reb. dub. & latè per D. Menoch. lib. 6. Præf. 4. & vi. inf. in prædicamento quantitatis, secus in actu à iure prohibito, puta in delictis, & alijs, quæ sunt de genere prohibitorum: Nam potius excludere debemus, vt dixi par. 2. nu. 175. At in contractibus in dubio inclinare debemus, vt utriusque partis succursum dici possit, l. adoptiuus, §. 1. de Adopt. Menoch. de arbitr. Cas. 199. idem de Præsum. lib. 6. præf. 9.

291. Item in diversitate opinionum, opinio, quæ habet regulam pro se, illa est sequenda, l. 1. vbi Dec. de reg. iur. Corrat. d. trac. com. op. tit. 6. inspec. 1. num. 86. vbi Alleg. Neuiz. in Sylva. Nup. lib. 6. Nisi exceptio esset benignior regula, quia equitas sequitur regulam, regulariter si habet causam benighorem, si minus sequitur fallaciā, regulæ, l. in ambiguis, de reg. iur. cum simil. & iā dixi sup. & id in tantum est verum, quod si magis comm. op. esset pro regula, & pro Fallentia cōmū. op. tantum, hæc præualeret, si magis æqua esset, in iudicando per ea, quæ in vers. præcedenti dicta sunt, & ita multos Doc. allegat Corrat. d. trac. com. op. lib. 2. tit. 9. cas. 4. vers. contrarium, 292. quamvis ipse Cas. 19. lib. nu. 100. & seq. videtur in ferre quod magis co. op. etiam rigorosa sit tenenda alleg. Alex. in l. cum prolatis, nu. 23. ff. de re iud. sed illa, quæ æquitatem sapit præualeat illā, quæ est rigorosa, licet pluribus fulciatur authoritatibus. Neuiz. cons. 67. & idem Corrat. sub nu. 104. non dissentit, & vi. sup. nu. 108. in fin. & à num. 151. usque ad num. 162. Sed si duæ essent opiniones una communis altera non, & communis esset æqua, & altera magis æqua, tunc communis esset attendenda, quia communis præsumitur in dubio verior.

294. Item illa opinio est sequenda, quæ est magis fauorabilis Reipub. communi, & publico bono, Matrimonio pia cause, libertati, testamento, docti, & ijs simil. vt per eundem Corrat. Cas. 20. nu. 104. & 110. vbi multis alleg. primo declarat non habere locum, quando opinio fauorabilis, non esset fundata in tex. sed opinio contraria haberet textum pro se, sed Corset. sing. in ver. opinio ait, quod non est tenenda opinio fundata in tex., quando op. gloss. est æquior, & benignior. Petr. Duen. reg. 6. gloss. opinio. in fin. num. 8. & sic illa op. est tenenda, quæ est magis æqua, & benignior,

sue habeat fundamentum in tex., sue in gloss. Secundo declarat quando actus fauorabilis deficeret in potentia, vel forma substantiali, vt puta si diceretur matrimonium nō esse legitimum, vel testamentum carere voluntate. Neuiz. Syua. Nup. lib. 5. limit. 9. nu. 73.

Tertio declarat quādo causa fauorabilis venit incidenter, & non principaliter. Matthes. trac. de elec. ver. op. col. 2. vers. predicta autem intellige, numero 6.

Quarto declarat quando com. op. esset melioribus rationibus fulcita. Abb. in c. 2. ext. de cog. spiri. at Corrat. ipse nu. 116. vbi sup. banc 4. decla rationem non firmat, & aduertit, ne prætextu fauoris tertio iniuria fiat, c. ex tenore, cū simil. ext.

295. de foro cōpet. Nam equitas non suffert iniuriā, nec permittit quenquam iniuriam pati, est enim iniuria quod de iure non fit, §. 1. Instit. de iniur. & vbi non est ius equitas deficit, cum ipsa sit cōsan guinea iuris, vt dixi num. 31. & vi. Corrat. loc. cit.

* In hoc propos. dixi quod proles censetur legitima, & suscepta tempore quo communi opinio ne matrimonium putabatur esse validum, quam uis opinio co. non fuisset vera, c. 11. & c. ex tenore, qui fil. sint legit. pulchrit. Lap. allegat. 89. nu. 9.

* vbi infert, quod si quis commu. op. vti legatur reputabatur, tunc facta ab eo vires habent Spec. delegat. §. superest, vers. Quid ergo si quis, Infert etiam quod vbi de validitate alicuius actus queritur, vel de qualitate personæ (quando alij in contrarium non constat) iudicandum est secundum com. op. Quia com. op. quandoque præfertur veritati, glo. hng. in l. si quis, §. fin. ff. de acq. hær. Ias. in l. certum, ff. si cert. pet.

* Et similiter error communis facit ius l. Barbatus, ff. de offic. Præsid. cum simil. & secundum hanc com. op. qui percussit hominem liberum, qui com. op. reputabatur seruus excusatur. Lap. d. Alleg. 89.

* Et ille, qui celebrauit ignorans probabiliter, se esse suspensum, non incidit in irregularitatem, cap. Apostolicæ, de cler. ignorantia vero probabilis est quando quis non erat in loco. Interdicti, sed valde absens & nunquam siue judicialiter, siue extrajudicialiter deuenerit ad eius notitiam, & hoc spectat ad conscientiam suam, nec opus habet allegatione. Quinimmo quando aliquid publicè factum est ignoranta non excusat, cap. cum in tua. Qui matt. acc. non poss. Cacher. decis. 7. 1. Mascar. de probat. conel. 879. nu. 16. & 22. & 23. nec excusat dicere nesciebam quando quis scire debet, vt in pertinentibus ad custodiā, & diligentiam sui officij, & ad salutem animæ S. Thom. 1. 2. q. 76. & in sum. in verb. ignorantia, præfertim stante notorieta, & communis opinione. Nec posset excusari prætextu contraria persuasionis sibi factæ ab alijs circa assertam nullitatem quandoquidem ab ipso Pontifice, est requirenda declaratio super validitate, vel inutilitate interdicti, ab eo emanati, & non ab alijs l. eius est nolle, de regul. iur. glos. in cap. ad hæc, de appell. Didac. in 2. par. Relect. §. 2. sub numero 4. & sub numero 6. ver. Hoc enim, tom. 1. facit tex. in l. Princeps, ff. de leg. vi. sup. num. 140.

* Pariter, qui clericum percussit quem probabilititer putabat esse laicum, ex quo nō incedebat in habitu laicale, & noctis tēpore absq; lumine, & armatus vagabat per ciuitatem, vel si de die, erat vestitus, & armatus quasi miles, vel repertus fuit larvatus is non dicitur ex communi casus,

c. si verò, i. de sent. excom. fortè secus esset, si nulla ex causa natus percussisset, cum præcauere debebat.

Ex hoc quoque infertur quod subditus non incidit in crimen læse Maiestæ aliquid committendo contra personam domini sui, vel filij, aut vxoris, quando ignorauit illum esse dominum, vel illos esse filium, aut vxorem Domini sui: Nā quotiescumque fit actus citra animum offendendi Dominum, vel committendi crimen læse Maiestæ tunc à tali crimine excusatur, sed non a delicto. Rui. consi. i. vol. 5. Dec. consi. 102. num. 17. inter, consi. cti. diuerso. tom. 1. Cæphal. consi. 75. nu. 9. & sequ. consi. 76. nu. 78. Bursat. consi. 152. nu. 37. vi. in pract. de test. par. 1. nu. 40. & vi. sup. in prima par. nu. 67.

Et crimen læse Maiestæ committitur quadragintaquinq; modis, vt not. Baier. ad Clar. §. læse Maiestæ sub nu. 2. & 25. vbi enumerat 31. Specialia. in d. criminis ad quæ vi. Mart. Laudens. tracta. de crim. læs. Maiestæ, & incert. Author. eo. tracta. per Decia. latissimè. de delict. tom. 2. aliqua per Nic. Boer. tracta. de Seditiis. & fere omnes criminalistæ, tam antiqui quam moderni.

Modo redeundo ad id quod diximus de communis opinione, illi qui habentur pro tali, & verè tales non sunt, si talis opinio non sit bestialis accusando aliquem, vt adulterum, vel quod ab eo iniuriā receperit, credere probabiliter suam vxorem, esse meretricem etiam quod nō sit, sed quia contra voluntatem iuit ad ludos, & tripudia, & pernoctat, vel putans rem habere cum meretrice, sed rem habuit cum uxore sua, vel offendit fuisse ab uno noctis tempore, & fuit offensus ab alio, tunc querela cessat, q. i. i. c. in lectum. De senten. excom. l. 15. qui. ff. de acq. hær. Similiter de eo qui errore ductus putavit esse delictum quod, verè non erat, non tenetur, l. falsi. §. qui alieno. ff. de iniur. sed non per hoc excusarem a refectione expensarum. per l. eum quem temerè. de iudic. non enim debet alteri per alterum iniqua cōditiō inferri, nec alterius temeraria opinio nocere, l. consulta. ff. quem. testa. ordinē. l. nauī ad leg. Rod. de Iac. Nam.

Supradicta omnia de opinione, quando præfatur veritati, declaranda sunt, quando opinio nō est emendabilis, & non est bono publico perniciosa. 8. distinct. c. si consuetudinem, si autem opinio est singularis personæ, tunc non præjudicat veritati, nisi in usucapione. te petentes in l. si quis pro emptore. eo. titu. & in testamentis, si attenta veritate actus corrueret, tunc etiam opinio præfertur veritati, vt actus magis valeat, quam quod pereat. Bal. in l. vlt. C. commu. de legat. text. in l. quo loco. vbi glo. & Doct. ff. de hær. institut. Il. Iust. Mantic. de coniectu. vlt. volunt. lib. 3. tit. 10. nu. 1. & 2.

AEQUITAS IN PAENALIBUS. Cap. XI.

296



N paenalibus æquitas sumopere exercetur, quarum legum paenarum octo sunt genera secundum Tull. vide licet damnum, vincula, verbera, fallo, ignominia, exiliū, mors, & seruitus, & ista pœnæ lögiori tempore durant, quam peccatum per-

petratum pro quo infliguntur. nisi fortè gallo 5. August. de ciuit. Dei lib. 21. cap. 13. 16. & 24. sed Deus summa æquitas citra condignum punit, & ultra condignum præmiat. Quoniam sunt multæ leges quæ iudicibus memoræ mandant, vt in penit. sint misericordes, & benigni, & quod in dubio semper benignior interpretatio sumenda sit l. si de interpretatione, l. absentem, ff. de pœn. l. fauorabiliores, l. semper in pœnalibus, de regulis iuris, cap. in pœn. cap. odia. eodem titu. sexto. Pergr. de iur. fisc. libro quinto, titu. primo, sub nume. 16. sed attento fine præpter quem pœna sunt inducta, dispositio pœnalis est fauorabilis. l. congruit. ff. de offic. præsi. Quoniam lex quæ malæ factores punit dicitur æqua, & sancta l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Dec. in cap. quoniam contra, nume. 25. de probat, & magis æquum est, vt mitiorem partem sequamur, l. semper in dubijs, & d. l. semper in pœnalibus, c. in penit. cap. in obscuris, de reg. iur. cum simil. aliud est enim punire, aliud punire, sed mitius.

297 Et ideo appellatione pœnæ, in dubio intelligitur de pecunaria, & non corporali, l. aliud, §. penult. de verborum signification. & appellatione pœnæ capitalis intelligitur de minima, vt dixi in 4. par. num. 12. & 17. cum seq. est tex. in l. licet capitalis. de verborum signific. ad prædicta Abb. in capit. inter alia. nume. 4. lit. c. de immu. eccl. vbi distinguit. per Barto. in l. hos accusare, ff. de accusat.

298 Aequitas enim non patitur, vt quis ab alio dā nificetur, sed dulcore misericordia, dum puniens est, puniatur per d. iura. er in dubio melius est absoluere, quam condemnare, l. absentem, ff. de pœn. & magis est interpretari pœnam non habere locū, l. si plures, & l. interpretatione, ff. de pœn. quodque maximè in pena conventionali procedit Dec. consi. 380. 452. 531. & 667. Causalca. De eis. 22. nu. 78. p. 5. Tiraq. de pœn. temper. per tot. sed & in penit. criminalibus, vbi persona non sit adeo facinorosa, idem sequimur, per l. in condamatione personarum, quæ in id quod facere possunt damnantur: non totum, quod habent extorquentum est: sed & ipsarum ratio habenda est ne egeant, vt de reg. iur.

299 Vnde si quis pluribus percussionibus aliquem afficerit intelligitur puniendus tantum pro duabus. tex. in l. Boues. §. hoc sermone. de verborum significat. nisi statutum imponeret pœnam pro quolibet vulneri, quia iux. numerum vulnerum est puniendus. Bal. in l. fideicommissum, §. si quis decem, de leg. 3. vbi si quis pro pluribus vulneribus fuerit querelatus, intelligitur tantum de duabus. facit tex. in l. falsa. in fin. ff. de conditione, & demonst.

300 Si verò quis aliquem accusauerit eo quod pluries, ac plures ab eo vulneratus extiterit, tunc intelligitur tantum de quattuor vulnerib. secūdum Barto. in l. si gemina. vbi propriæ materia, ff. arb. furt. cœl. & dicit hoc communiter seruari. Ang. de malaf. in verb. plurib. Ro. consi. 301. sed si in accusatione diceretur, quod multas recepit percussions, tunc verificantur in tribus. Barto. in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Sylla. Cæphal. consi. 225. nu. 43. nam multa dicuntur trias. vt dixi. in pract. de test. in 2. par. num. 10. Bar. d. l. licet. de leg. 1. & de multiplicatione paenarum satis dixi in 4. par. sub nu. 79. cum seq. & nu. 150. & sequ. At si diceretur multis, ac multas percussions intelligeretur de sex ad summum ratione prædicta.

301 Insuper si quis una vice, aut in vna rixa plures

res iniurias fecerit, plura conuicia in aduersariū dicendo, puta Ruffiano, Infame, Beccocornuto æquitas excusat hanc iram, & pro omnibus verbis iniuriosis, solū punitur pro vna iniuria, quia vnum verbum venit accessoriae ad aliud secundum vulgarem intelligentium, securis in foro interiori quoniam de omni verbo otioso rationem reddituri sumus. Mat. c. 3. Apost. I. Cor. c. 15. ibi corrum punit bonos mores colloquia prava, quod est notandum pro statutis pœnam duplicantibus pro quolibet verbo iniurioso. Bar. in cons. 108. Put. trac. de Lud. §. an pena. Bonacoss. in suis quaſtio. crim. in verb. iniuria, ver. penul. vbi declarat, quod statutum duplicans pœnam iuxta numerum iniuriarum intelligitur quando ex intervallo iniurians iniurauerit. Si vero diuersa verba nō accessoriae, nec consequitua, nec tendentia ad idem, vt fertur per diuersa, sed facientia diuersam speciem iniuriae de per se, vt ladro, falsario, homicidiale, tunc etiam quod in vnicarixa dicta sint, nihilominus pœna multiplicabitur pro quolibet verbo, securis si statutum diceret pro qualibet vice, & non pro quolibet verbo iniurioso: Nam etiam quod in vna vice aliquis iniurauerit diuersis iniurias numero, & specie diversis, tunc pro vna iniuria punitur, vt distinguit. Bar. Phœn. in suo tract. de momento, cap. 20. Plac. Epit. Delict. c. 1. nu. 17, & alij, de quib. per Bajar. ad Clar. §. iniuria. nu. 8. 9. 10.

² Hinc dixi in 4. par. sub num. 150. quod percussio plurius in eodem loco, aut vulnerans, non tenetur: nisi pro vna percussione tantum, quando non appareat, quod vnum vulnus sit maior altero, sicuti si quis cæsim vulnus intulerit per transuersum, & aliud per directum, quasi per modum crucis, sed etiam dixi quod pœna maior confundit minorem, nu. 148. p. 4. & ad hunc nostrum propos. videtur quadrate Hipp. Aphorit. 46. dicentes, duobus doloribus simul eundem locum infestantibus, vehementer alterum obsecrat. vi. i. inf. nu. 657. & 669.

302 Et ad regulam illam, quod sermo simpliciter prolatus verificetur in vna vice tantum, de qua in d.l. Boues, §. hoc sermone, de verb. sig. vi. pulchrit. per Soc. Reg. 21. in verb. actus, qui declarat habere locum in dispositione permisiua, seu affirmativa, securis in prohibitiua, seu negatiua, secundo declarat procedere in dispositione hominis, securis in dispositione legis tertio declarat non habere locum quando benignitas, vel æquitas aliter suadet, quarto declarat quando primus actus assumit effectum secundum intentionem loquentis, vbi ad omnes predictas declarationes adducit passim iura, & authoritates. Sed latissime per Tiraq. super d.l. Boues, §. hoc sermone, de verb. sig. vbi magnam Repetitionem pro modo tractatus fecit, & nihil intactum relinquit ad propositum illius reg. materiam verè magnus Doctor fuit, & minor de quibusdam legum Doctoribus, qui damnant tantum virum, & audent vocare Tiraq. multa simul congeritatem implicitè, pudeant ipsos (quæso) & sileant iij, & vi. Fely. in cap. fin. de tregua, & pac. ad regiam istam.

303 Rursus in pœnalibus, quando quis armis vtitur ad defensam, vt puta si quis ad defensam sclopū exonerat, sed non officit nec laedit, tunc exoneratio ad defensam, non cadit sub pœna graui statuti contra exonerantes sclopum, quia æquitas succurrit illis, qui se defendunt, l. vt vim, ff. de iust. & iur. l. ff. de vi, & vi. ar. & hunc artic. luculenter explicat D. Caball. Cas. Cri. 63. quod est not. ad statutum Mantua. Rubr. de Homic. §. & intelligatur, vbi cauetur quod qui sclopū vulnus intulit intelligatur animo deliberato, ergo si non laedit cessat dispositio circa animum deliberatum, vallet enim in statutis arg. à contrario sensu, l. i. §. hu ius rei, ff. de offic. eius vbi omnes ad quod per Soc. Reg. 46. vbi limitat, & declarat multis modis, facit etiam in materia proclamatum contra inclinantes, seu exonerantes sclopum, licet non feriat, quod certa pœna puniatur.

304 Nam si quis prouocatus, & ad defensam exonerat sclopum, non tenetur pœna proclamat, seu banni per ea, quæ trad. Plac. Epit. Delict. lib. i. c. 1. sub nu. 21. Ang. de malef. in verb. & dictus Titius defendendo, nu. 1. Afflict. decil. 206. nu. 3. & 4. & Ang. loc. cit. vbi tractat, an liceat etiam defendere consanguineos, vel caros amicos ad excusandum à pœna statuti, & tenet quod sic. Bar. in l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. limitat nisi prouocatus nimium exceedere prouocationē:

* Nam defensio debet fieri cum moderatione in culpatæ tutelæ, vt dixi nu. 64. p. 2. & in pract. de test. p. 3. sub nu. 25 1. Nec conuenit, minusq; permittitur quod pro quid minimo sclopus ad defensam exoneretur impunè, absit, vnde hoc casu grauius exonerans ob excessum puniretur, saltem pœna extraordinaria, non autem ordinaria statuti, vel proclamat, aut pœna pacis ruptæ, ex quo dolus cessare dicitur in exonerante, cum taliter qualiter fuerit prouocatus, vt per eundem Ang. in d. vers. & dictus Titius, nu. 17. vbi etiam Aug. vi. in 4. p. nu. 168. & in 5. p. nu. 275. & Bal. in l. vt vim, de iust. & iur. Bajar. ad Clar. q. 47. nu. 42.

305 At si quis videns inimicum suum contra se venire cum ense, aut pugione nudo, & irruenter, tunc licet exonerare potest pro sui tuitione, & defensione cum vir honoratus non debeat fugere ab insultante, quia tunc nō dicitur temere exonerare sclopum, sed dicitur propulsator imminentis periculi dicitur facere cū moderamine inculpatæ tutelæ, vt pulchrit. per Bolog. in d.l. vt vim, nu. 87. ff. de iust. & iur. & per Aug. ad Ang. in d. ver. & dictus Titius Plac. Epit. delict. lib. i. c. 1. & facit Duen. in Reg. 191. qui nedum dicit id facere licere, pro defensione personæ, sed gratia honori sui tuendi, ac pro manutentione rerum suarū, & suorum quando scilicet aliter succurri non potest, & periculum est in mora ad Clar. in §. homicidium. Fely. cons. 50. nu. 13. & 14. Farinac. de Indic. & Tortur. q. 5. i. nu. 58. Petr. Caball. Cas. Cri. 88. pulchrit. Mascal. de probat. concl. 113. i. nu. 29.

206 vbi nu. 43. ait quod defensio ista necessaria dicitur statim fieri debet, & in continentí post prouocationem. Nequaquam AFFECTATAE, & nu. 56. declarat quod habebit locum, dummodo, non possit dici facta ad vindictam, & non ad defensam, & conclus. 490. dicit quod constito de prouocatione. Quicquid factum erit, in dubio factum fuisse ad defensam censem, & quod, qui allegat excessum tenetur probare, & nu. 13. quod & necessitas, & iustus timor ipsum excusat, vt ff. de offic. consil. l. vnicar. cum ibi not. & l. item, §. si quis ff. com. Diui, & l. merum, ff. quod met. caus. l. ff. de fer. vbi glo. fin. l. Cæsar. ff. de public. l. fin. §. si propter necessitatem eo. tit. cum multis simil. adduct. per Iacob. de Beluis. in sua pract. vers. de mortuis in carcerebus, sub nu. 104. & 105. vbi infert ad bannitum, qui exiens e loco a quo bannitus est, & reperiens inimicos suos illum interficere, vel male tractare volentes, si ipse redeat ad locum illum, vt se liberaret non dicitur facere contra præceptum, aut bannum, sic de recipientibus bannitos per vim, & metum, quia

inhumanis vis praecisa excusat, ut per Couarr. in prior.par. Relict. §.3. sub num.9.ver. Quarto, quod deseruit ad multa, & Ia. de Beluis. loc. cit. in fere quoque ad excusandum pastores à domino dato quando eis inuitis animalia sua comedunt Bladum, ut sit quando per viam ducendo ingrediuntur, in fundo alieno: nisi ipse negligens fuerit, c. culpa, de reg. iur. modo ad tem, qui inimicum reprimit secundum casum prædictum, & vi. Bonacoss. trac. de æquis, quæst.6. 106. & 549.

307 Si quis insequatur prouocantem fugientem, (vt de more Brauorum, qui ita sunt repente contra incautum, at si irritus, se vertit contra eum, Brauus statim terga vertit, & fugit,) & is fugientem percutiat, aut vulneret, præsumitur ad vindictam, & non ad defensam. Bar. in l. col. fi. ver. Moderamē. C. vn. vi. Dec. in d.l. vt vim, nu. 10. de iust. & iur. Mascat. d. conclus. 490. num. 13.

308 Et incontinenti factum dicitur, durante causa iusti timoris, secundum quosdam (licet sterevit pluribus diebus) sed in hoc statut arbitrio iudicis. D. Menoc. de arb. Cas. 277. & 278. idem in addit. no. ad Cas. 356. num. 47. dicens ob defensionem necessariam excusari filium à pena partidij, vi. in prac. de test. p.3. sub nu. 251. lit. C. &

* hinc not. quod iactus sclopī non tangens personam, non rumpit pacem, yt tener. D. Pet. Cabal. Cas. 63. quod est verum quando pena conuentionalis est promissa expresa pro offensa personali, idem de tregua, secus si pro bene uiuendo, quoniam non dicitur bene uiuere, qui fett sclopum, & contra alium exonerat, minatur, & damnum dat, in rebus, si non in persona, vel verbis in iuriosis saltem afficit, hocque omnes sciunt, non est opus allegatione; verum enim vero, si ob graves inimicities ferret sclopum non prohibitus, & vel prouocatus, aut contra se inimicum videns venire inimicum suum, malo modo iustus timor illum etiam excusaret à pena de bene uiuen-

309 do. Quoniam timor violentiae inferenda infert iustum metum. Alex. cons. 98. in princ. vo. 3. Grammat. vot. 10. num. 2. & seq. Bertazol. cons. Cri. 427. nu. 11. lib. 2. idem in cons. 159. nu. 5. lib. 1. dixi p.3. nu. 210. & 211. nec opus est discutere hoc in casu an sit talis timor, qui cadere possit in constantem virum, de quo late per Couarr. in 4. decret. 2. par. 2. par. c. 3. §. 4. & facit Plot. in Re pet. l. si quando nu. 705. Böll. de Inquisitio. num. 118. & vnius armorum iustum metum assert. Mascat. conclus. 1416. nu. 22. & vbi auditur rumor Pestis citò fugiendum iustus enim timor est. Mascat. concl. 20. nu. 2. & 3. ideoque quis excusat, à pena si non sicut idem de Incendio, quoniam non dicitur fugere, nec contemnere, seu contrauenire, qui fugit periculū imminentis, per supradicta, quia vbi eadem ratio, ibi idē ius, l. illud, ad leg. Aquil. Ideo dixi excusat fuisse homines priuatos currentes ad Palatium, vbi ignis minabatur ruinam, & fumus ueocabat pauperes incarceratos, quos rupto ostio fugere ab incendio fecerunt: nam de bono opere quis non est lapidandus, l. Græchus, C. de adult. Io. c. 8. Quando autem metus dicatur iustus trad. Menoch. de arb. cas. cas. 135. & 139. Bursat. col. 330. nu. 66. vi. Add. ad Clar. q. 60. nu. 57. 58. & seq. vbi plura in materia metus, vel iusti timor, & tot. tit. de is, qui vi metusve cau. fiunt. Sed non in totum excusat, aliquali pena arbitraria punitur. Tiraq. de pen. temp. casu. 36. Menoch. de arb. Cas. 354. Bertazol. cons. 172. vo. i. cons. 266. vo. 2. idem in cons. 88. & 89. vbi adden. tradit quis dicitur prouocator. & Menoc. in cons. 41. Bero. cons. 173. vo. 3.

310 Et in tantum operatur æquitas in penalibus, quod factum illicitum, vel prohibitum, in dubio indicandum est, quod potius casu, quam data opera fuerit secutum, vt alias dixi in 4.p. sub nu. 162. Sic censendum in dubio de homicidio, nisi precedens inimicitia grauis, & mala qualitas occisoris aliter suaderent, cum quidam sint adeo peruersi, vt ferè per capillos trahunt homines contra se ad præcipitum, & vt ferus aper, ad occidendum. At cessantibus inimicitia, & prouocatione, nullo modo iudicandum esse in dubio factum fuisse data opera, vel appensate, sed per hoc homicida impunis non euadet, imo condemnabitur quam uis alter pro altero occidatur. Couarr. in suis Resol. in verb. Alma mater, de sen. excom. §. 10. nu. 14. & seq. condemnabitur, quod ob factum homicidium sequeretur aliqua publica utilitas, vt p.2. sub nu. 315. vt de illo (dante exemplum,) qui dum portabat litteras proditorias contra patriam, fuit in itinere occisus, non dicta de causa, quia attenditur quod principaliter factum est, vt occideret hominem, & non quod in consequentiā venit, l. f. ff. de hær. inst. cum simil. Nam animus, & intentio distinguunt maleficia, l. i. §. Diuus Adrianus, ff. de siccari. l. i. C. eo. cum alijs in propos. trad. à Matr. cons. 25. nu. 6. & cons. 26. nu. 8. Grammat. cons. 68. in princ. Sed in dubio prouiores semper esse debemus ad absoluendum, quam ad condemnandum, sic æquitas docet, in labentem cum concor. de pen. dicam infra, sub nu. 576. & in casu incertitudinis potius sequi debet absolution. Clar. §. fi. q. 60. ver. uidi ego, & in §. homicidium, ver. alius est casus. Menoc. de arb. cas. 363. quod procedere ait respectu interesse partis non autem fisci, vt nu. 18. cum iuribus per eū adduc. & dixi sup. sub nu. 225. Hinc est si partes sub pena fisco applicanda cauerint de se non offendendo, & unus ex pluribus offenderit, & ignoratur nihilominus si insolitum promiserint, condemnari debent, propter clausulam solidum, sed solutione unius alij liberantur de æquitate securus de rigore, vt in l. interfidei usores, ff. eo. & pulchrè per Bar. in Auth. hoc ita, sub nu. 5. C. de duob. reis, quod not. & de importantia, d. clausula in solidum, vi. bonum tex. in l. non recte, C. de fidei us. et mādatot. & in d. auth. hoc ita, de duob. reis, vbi Bar. Spec. tit. de empt. & vendit. §. 1. ver. item not. & in §. ex huiusmodi, vbi gl. Institu. de duob. reis, vi. Gomes. var. resol. eo. ti. nu. 14. & 15. & no. quod plures debitores principales eadē de causa simpliciter accepti non intelliguntur in solidum, l. reos, §. cū in tabulis, ff. de duob. Reis. Secus in pluribus fidei usoribus, l. non recte, vbi Bar. C. eo. vbi hoc limitat nisi fidei usores in se principaliter suscepint obligationem.

Aliud quoque exemplum tradi potest de militi, qui spredo præcepto Ducis Belli, & nisi spredisset malum notabile publico obuenisset, quam uis ob hanc inobedientiam reportauerit victoriā, quam fortè parendo non reportasset, nihilominus puniendus per tex. in l. disertorem, §. in Bello, ff. de re milit. & Tiraq. de pen. tert. caus. 52. nu. 1. 2. 3. & per tot. vbi felix exitus, ut prosper euentus non excusat, qui contrafecit, & deliquit Abb. in c. nouit, de Iudic. Ros. cons. 310. per tex. l. 3. §. in Bello, ff. de re milit. hoc & alias casus adducit Couarruu. in 2. pat. suarum Relict. tit. de homicid. numero 4. cat. 74. & in Hispania Concilium status ferè animaduertisse fertur in D. Joan. Austriacum ob cuius virtutatem, & animi Magnitudinem insignem illum victoriā contra Turcas adeptus fuit auxilio

Xilio Dei, de qua in 1. part. sub num. 58. memoriam feci, sed si intentio principalis esset attendenda, ut supra is miles esset valde excusandus si non in contemptum, sed occasione natus fecerit, & victoriam reportauit. Datur enim officium, & non discretio, & multa contingere possunt, ex quibus Sanctius est mutare propositum in melius. l. nonnunquam. ff. de collat. Bono. Cagnol. in l. nemo num. 5. de reg. iur. & mea opinio de æquitate procedit contraria vero de rigore militiae.

Ex hac soluendæ sunt duæ quæstiones. Prima quibus liceat mutare propositum in melius. Secunda quomodo intelligatur illud satis in ore omnium, quod de duobus malis minus sit eligendum, de quo in le. quoties nihil de reg. iur. & per tex. & glo. 2. distin. 13. c. Nerui. §. est tandem, & tex. & glo. 1. distin. 14. Quod ait.

Quoad primam regulariter omnibus competit mutare propositum in melius, vt per scrib. in d.l. nemo. de reg. iur. & d. l. nonnunquam. ff. de collat. Bono. Sed declara in ijs quæ dependet ab eius mera, & libera voluntate, & potestate. leg. in remandata. C. manda. authen. de nupt. §. disponit, hinc dicimus quod voluntas hominis est, ambulatoria usque ad mortem. l. 4. de adm. leg. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in tantum hoc est verum quod non liceat testatori ligare sibi voluntatem, & legem sibi imponere aqua non valeat discedere. leg. si quis in princ. testa. de leg. 3. vbi Bart. Hinc etiam dixi quod proprium principis est legē in melius condere & sanctius est emendare ut alias dixi in 5. par. sub num. 60. c. veritatis vbi Abb. de dol. & contumac. Hinc de peccatoribus conuersis dicit Sacr. Scriptura gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente. . . . & emendare est Angelicum.

At in personis quæ alienæ potestati subjiciuntur non licet mandata transgredi. le. diligenter cum concor. ff. manda. & Paul. subditi obbedite præpositis vestris non tantum bonis sed etiam diabolis. Ro. 13. & alibi, & de obedientia filiorum erga patentes latè dixi in prima part. nu. 183. lit. g. car. 50. vbi dixi non dari actionem inter patrem, & filios ei, licet filius ei furaturaliquid sed peccat: nā qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicida est Salamo. Prouer. c. 28. & obedientia virtut in uxorem nu. 182. & de obedientia Domini in seruū. nu. 182. & de obedientia magistri in discipulum. nu. 185. eandem obedientia militis in ducem ibid. nu. 278. & paulò ante in hac 6. par. sed de obedientia filij spiritualis in confessorem patrem suum spiritualem dicitur, quod in tantum obligamus, quod si aliquando iubent & præcipiunt, ut abstineamus ab agendo aliquid quod bonum est, tenemur obediens, quia vel propter fragilitatem, vel propter superbiam, vel propter alium finem solèt nos reprimere, vel coercere, quorum finis tendit ad salutem & de hoc consulere Sacr. Theolog. & præsertim. S. Io. Climacum in suis sermonibus melius est enim obedire, quam sanctificari in spiritualibus, at in negocij ex causa licet mutare propositum, quam res utilior agitur. leg. à procuratore. Codic. manda. leg. qua propter necessitatem de regul. iur. at in ijs quæ respiciunt custodiad, Bellum, & huiusmodi, non est de rigore belli discedendum à mandatis Ducis. ut supra hinc dicitur liga Agnum vbi heros mandat, & relinque ibi.

* Quo ad secundam rationem breuiter vbi alter euadere quis non potest, de duobus malis minus est eligendum Cagnol. de l. quoties sub nu. 4. vbi plura exempla de reg. iur. per d. iura. vbi gl. in c. quod ait 14. Distinct. vbi tractat an liceat pecare venialiter, ut effugiat peccatum mortale, & dat etiam ibi exemplum de Loth, qui obtulit proprias filias illis infamibus, ne violarent pudicitiam suorum hospitum, quos postea cognouit esse Angelos cœli, ipse non opinor ex malo aliquod bonum sortiri posse & ideo Paul. Apost. in c. 1. ad Rom. non esse facienda mala ut ueniant bona Tiraq. de pen. temp. caus. 52. nume. 8. ubi plura & alias ipse dixi quod si in humanis ius pre cisa excusat, & in diuinis nequaquam me remitto Sacr. Theolog. & gl. in d.c. Quod ait in ver. peticulosis 14. Distinct. ex sententia Sancti Augustini tenet non debere fieri veniale, ut evitetur mortale, & quod minus malum de duobus eligi debet, nē fieri posit limitat in una & eadem persona, non autem in diuersis ut ibi. in princip. in verb. verum 14. Distinct. plura alia iura adducit Dec. d.l. quoties mihi ubi etiam Cagnol. num. 3. & 4. de reg. iur. & scias quod est differentia inter peccatum & delictum secundum Aug. ex libr. super Leuit. q. 20. pf. 36. vbi ait. Fortassis peccatum est perpetratio mali, delictū uero desertio boni.

27 * Et ex ijs. Qui per iram, uel latam culpam sine dolo delinquunt, de æquitate excusantur. l. aut facta. §. caus. ff. de pen. l. lege Cornelii. C. de sicar. Tiraq. de pen. temp. caus. 14. similiter quādo per ignorantiam non lupinam, nec crassam, sed simplicitate, & rusticitate delinquunt excusantur. l. 1. de leg. Tiraq. vbi sup. caus. 1. sic in minore qui post delictum factus est maior: nam puniti non potest uti maior. l. infans ubi Hypp. de Mars. ff. de sicar. Tiraq. caus. 7. & 8. ui. in practic. de test. par. 1. nu. 23.

* At te quo fine ob quem quis agit delictum iudicatur maius, aut minus: nam si quis pro salute amici tuenda deliquerit, certum est quod intentio est iuandi & non delinquendi, ideoque mitius punitur Tiraq. ubi supra caus. 24. nu. 4. Qua de re si non dolo, nec ex industria delinquitur non est locus penæ extraordinarie, sed extraordinarie & mitigatione, ita aequitate scripta Iudaente Tiraq. caus. 13. nu. 1. & seq. & ui. inf. num. 453. uer. Hinc est, & usque ad Hypocrat. in Aphor. 17. hæc ratio naturalis penæ traxit, qui dicit condonandum esse aliquid temporis, ætati, & consuetudini, addo & fragilitati, unde illud legitimus humanū id est propter fragilitatem.

* Verum tamen homo qui appensate, & dedita opera deliquerit iusta statera, pondere graui puniens est, præsertim quando etiam scelere in corpus humanum delictum patravit, quando quidem caro humana non est caro Beluina, cum homo ad imagine & similitudinem Dei factus sit, ad imaginem Dei, in naturalibus, & ad similitudinem in gratuitis, secundum Theolog. ut in compen. Sacr. Theolog. c. 62. heu heu, homo tantis laboribus nutritus, à tantis periculis præseruatus, tot impensis, & sumptibus educatus quod tam facilime occidatur, mutiletur aut scelere vulneretur, natura ipsa abhorret Deus non patitur, & humana iustitia rigore suo prouidebit. Jacob. de Beluis. in sua pract. tit. quotuplex sunt causæ sub nu. 236. cir. fi. vi. sup. sub nu. 128.

* Quid dicendum de eo, qui se ipsum occidit, tunc distinguendum est de mente omnium Criminalistarum, aut deliquit, & metu poenæ se oc-

cidit, & tunc si pena erat capitalis bona illius applicantur fisco etiam, quod nondum esset accusatus, dixi in 4. par. num. 136. & 138. intellige in casu quo memoria defuncti damnari potest: nisi haeres innocentiam proberet. Iacob. de Beluis. d. sua prac. eo. tit. de ijs, qui se occidit. sub num. 112. per l. fi. ff. de Bo. damnat. si vero tempore virtutis occidit, vel alia de causa, tunc cessat publicatio bonorum, vt l. 3. ff. eo.

Si vero delictum erat capitalis pena dignum ob quod memoria non est damnanda, tunc si ante accusationem metu penae se occidit bona non publicantur, secus si post accusationem. In alijs autem delictis minime capitalibus bona nullo modo publicantur, vt per Doc. in l. 2. C. qui testa fac. poss. l. penul. ff. de Bo. eor. qui sibi mort. consci. & ad hanc per Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 4. per tot. vbi num. 2. dicit, quod in dubio non presumitur metu pena se interfecisse. Dec. consil. 438. Paris. consil. 155. in 4. & ideo ad fiscum spectat probare l. 3. §. de illo, ff. de Bo. eorum, qui sibi mort. consciuer.

* Sed quando metu pena quis sibi mortem consciuit tunc dicitur illius corpus pena effusus, cap. 1. de penit. & remiss. qua de refusa suspendendus, & venenum assumens, & cum eo moriens, adhuc illud Cadaver suspendi potest, vt tenet Bal. d. l. 2. ff. de Bo. eor. Petr. vero, & Cyn. contrarium tenet hoc esset arbitratum, vt tenet Iacob. de Beluis. d. prac. loc. mox cit. sed contra mortuum inservire, est dira executio.

* Item nota, quod carcerato mortuo in carceribus reperito, si ignoretur a quo, & quomodo praesumptio est contra custodem carceris rex. in l. fi. ff. de custo. Reot. glo. sing. in l. cum ita legatur, §. species, de leg. 1. per quae iura Afflict. dicit obtinuisse de facto, de feodal. tit. de pac. iura. fit. nu. 33. & Alciat. Reg. 3. prael. 15. nu. 4. Caroc. loc. in 2. par. tit. de cas. & pericul. nu. 11. vbi custos, & alij ratione officij tenentur probare non culpam, & vi. Foll. Farinac. Caball. & alios hanc quest. trac. loc. cit. Petr. Picher. de iur. sistens. & man. iniecit. cap. 28. num. 3.

* Ceterum quo ad rigorem in penalibus, & ipse ex causa suum locum habet, vt in omnibus delictis exceptuatis de quibus sup. in 1. p. sub nu. 54. & nu. 65. idem in personis facinoris, & solitus delinquere: Nam contra consuetudinarios delinquentes, qui profidentur in delinquendo, pietas est esse crudelis, dixi sup. nu. 15. & in 3. p. nu. 33. & 35. & nu. 57. & 132. p. 4. & inf. nu. 670. qua de re extremis morbis extrema remedia sunt adhibenda, vt per Hipp. Aphor. 6. quamvis in Aphor. 17. dicat aliquid condemnandum esse consuetudini, sed non dicimus, non delinquenti per consuetudinem, vnde in fact. paginis legitur super quarto non me conuertam, & in Resurrectione Lazari Quattriduanii, D. N. Iesus Christus ingenuit, infremuit, spiritu, lachrymatus est, quid ultra, voce magna exclamauit. Io. cap. 11. significans difficultatem quam maximam in conuertendo, et in parcendo peccatori consuetudinario, licet Lazarus esset vir Sanctus, immo à propriis agnatis, & non ab horribus fuit, sorores enim dixerunt, iam fecerit quattriduanus est, quasi dicarent, nil plus valer; non est date remedium, iam fecerit: actum est.

* Hic obiter quero an liceat occidere peccatores, & secundum preceptum Decalogi, non licet, ita sentit Sotus: contra autem S. Tho. sentit: nam videmus quotidie peccatores, seu delinquē-

tes occidi, sed via iniusticie puniri iure non autem priuatim, vt de blasphemis, furibus, homicidis, licet hodie in blasphemos pena mortis non serueretur, vt dixi par. 4. num. 19. & seq. & in Exod. cap. 22. dicitur maleficos in matutino interficiebam omnes peccatores terrae, quarum quis aliud sensum hęc habeant. Priuatis vero nunc quam licet, & si ad necessariam defensam id faciat ut, vt quando aliter ē manibus inimicorum, viui euadere non possunt, tunc excusandi, de hac coiūsulere Nauarr. Confess. c. 15. num. 4. & Seraph. ras. consc. 36. & 38. S. Tho. & alios Sacr. Theol. hoc vnum est quod Dominus Noster Iesus Christus, noluit euelli zizaniā, ne forte colligentes zizaniā etadicaret simul triticū, & quae sequuntur mandauit expectari usq; ad tempus iudicij, vt Matt. c. 13. vnde hoc spectat ad iustitiam publicam, non autem priuatum: malus aut ideo vivit, vt corrigatur, aut per eum bonus exerceatur, S. Aug. ex tract. super Ps. lect. 4. in 2. Noctur. hebd. Sancta.

* Permitit etiā Deus quandoq; propter scelera populi Tyrannos regnare super terrā, & Salomon. Prover. c. 28. propter peccata terra multi Principes: nam iudicia Dei abyssus multa. Job. c. 34. & refert Bart. in trac. de Regim. in. Ciuitat. in fi. & in Eccles. cap. 10. & 1. Reg. cap. 2. & 4. Reg. c. 17. sic Deus permittit Republicas sub uno Duce Regi, quando Republicantes abutuntur potestate, & libertate, qui in rebus gubernandis nedum noluerunt leges sequi, sed suam maluerunt libidinem effrenatē nutriti, vt refert Dionys. Alicarnass. lib. 5. Antiquita. Rom. & Atist. prudenter dixit, entia nolunt malè gubernari, pluralitas parit confusionem, ergo unus Princeps ubi non est gubernator, populus corrueit, Salomon. Prover. c. 11. sed addit, salus autem vbi multa consilia: nam caput cum membris suis consultat, & membrum caput respiciunt, atque tuētur, si vero aliquod ex eis calcitret absconditur tanquam membrum putridum. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis, ignorantia Principis. Prover. c. 14. vbi quoque ait, quod acceptus est regi minister intelligēs: iracundiam eius inutilis substinebit, qua de te oportet superioribus obedire, & reverentiam præstare omnīs: namque Potestas à Deo est, & qui potestatis resistit ordinationi Dei resistit. Paul. ad Ro. cap. 23. Quia Domini est terra, & plenitudo eius. Ps. 23. Ite intellige sanē. Quod Deus permisit has terrenas potestates propter peccatum, & sic cum hac distinctione, quia si non fuisset peccatum, non fuisset lex, lex ergo propter peccatum, Apost. ad Ro. cap. 5. & 17. & S. Tho. in 3. pat. q. 49. artic. 2. ait. Nonne propter peccatum homo sub potestate Tyrannidis Diaboli positus est, & tamen Diabolus non fuit occisus, sed tanquam minister Diuinæ Iustitiae, in sui, & aliorum Reproborum damnationem, perpetuo in inferno cruciabitur. Matth. cap. 25. ibi in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.

* Et Bar. in trac. de Tyran. col. 6. cir. fi. & col. 7. cir. prin. recenset quod à Summis Pontificibus, & Imperatoribus toleratos fuisse ex causa fuisse quoddam Tyrannos, quos etiam in summa auctoritate, & dignitate constituerunt, vt hac lenitate, ad fruges bonas illi reuertentur, vel si hac via non redirent sub obedientia caperetur lepus (vt fertur) cum plauso. Nam vt Barrol. ibi ait, ita factum fuisse, à Clement. V I. Pontific. de D. Tadeo. Bonon. & à Carol. Imperator. qui consti-

constituerunt duos Tyrannos Vicarios, Pontifex Bononiae, Imperator in Lombardia, sic facere ait Princeps quan do ipse videt, quod quandoque unus Tyrannus non potest deponi sine magno exterminio eorum qui sunt sub Tyrano propter bonum eorum ipsum Tyrannum facit Vicarium, vt ex hoc ille Tyrannus minus timeat, & minus populum grauet, & interim casus occurret, per quem suadente iustitia sine populi derrimento deponetur Tyrannus, & hoc Barr. tribus rationibus corroborauit, primo sicut diligens nauta, curat salutem nauem ei commissam, tempore Naufragij projicit viliora, & saluat praeiosiora. l. qui Ieuanda. ff. ad le. Rhod. de iac. 2. sicut etiam paternam, diligens & prudens circa res suas. l. vt cert. ff. commo. 3. Sic facit Dominus iustus, & benignus cum Tyranno vel rebelle: nam pertinat, quia simulare loco prudentia est, & loco exterminij eligit viam amoris, & benevolentiae, & facit eum Vicarium, vt posit ea quae sunt magna, & ardua reformatre, vt de Physico, quando videt unam infirmitatem, quae non potest sine magno periculo persona curari, tunc curat sustentare naturam infirmi, vt valeat adhibere medicamenta valida, & opportuna alioquin natura debilia fuerint. Addo ipse exemplum supra dictum de Zizania, vt eradicando quod malum est, simul non eradicetur bonum, sinit itaque crescere, vsq; ad messem & in tempore messis dicam melloribus, colligite primum Zizania, & alligate eam in fasciculis ad comburendum: triticum autem congregate in horreo meo quod non est dicendum devulpeculis, quae sunt auferendae in totum, & a principio, ne lupi sicut, vt ait Salamo. ergo principijs obstat. alioquin natura prona ad malum, in habitum conuersa difficultate mutatur, vt de delinquentibus consuetudinajis dicitur, supra ac de tot laboribus, & lacrimis, & clamoribus quibus D. Iesus Christus resuscitavit Lazarum quatriduum & sequentem. At si statim progrede te non iuuat, si postea benignitas Geminina Viperarum non mulcet, si beneficia non prosunt, si labores, si lacrimas & clamores non prosunt, tunc extremis morbis extrema remedia vi. omnino infra sub nu. 650. versi. Hinc pro saluandis.

Nec unquam laudabile penes me erit, quod Tyrannus occidatur, vt infra dicam, quamvis Seraph. Cas. conc. 42. videtur tenere, quod euincque priuato licitum sit occidere Tyrannum, ijs quatuor concurrentibus. Primo quando non succedit in Regno, nec fuit electus, sed Tyrannizauit paulatim Regnum, & Ditionem. Secundo quando non potest per superiorem prouideri, aut prouidere non curat. Tertio quando Tyrannia est in vniuersum, & non super re particulari. Quarto quando euidenter intuitu boni publici, & non priuati odij fieret: vi. supra p. 2. nu. 69. & Seraph. d. cas. 42. alleg. S. Thom. 2. 2. q. 64. at. 3. & melius att. penul. at defientibus ijs supra dictis nullo modo licebit, & cauetur in Concil. Constantieni. s. sess. 15.

Et nota quod occidere aliquem pluribus modis contingit vno modo directe, altero modo indirecte, & per accidens. Item dupliciter id est fieri test, vno modo ea diuina reuelatione, & Imperio altero vero ex mera voluntate humana. Primo modo quando innocentes occidi diuino iussu in scripturis legitur. Secundo modo non licet sine iussu Dei directe, & ex propria intentione in Bello iusto occidere, innocentem, Exod. cap. 25. Deuter. 25. Tertio quando indirecte, & ex accidenti

in Bello iusto non esse peccatum, hæc apud Carbo. de restit. omn. rer. q. 62. me autem remitto in totum Sacr. patrib. & determinationi S. M. Eccles. nam ubi causa spiritualis, examinatur ita fieri debet.

Verum quo ad defendendum res sibi necessarias a manibus furum, si fur occidatur, occisor excusatur, vt de colono qui licet potest furum frumentum telo se defendantem occidere per text. le. itaque ad leg. Aquil. & ita tener Caro. tract. locat. p. 2. nu. 8. Multo magis excusatus veniret, qui proutuione honoris & pudicitiae suæ incideret in tale delictum, maximè quādo aliter, vel aliunde defendi non posset. S. Tho. 2. 2. q. 64. at. 4. quamvis Apost. ad Ro. c. 12. dicat. Non vos met ipsos defendantes charissimi, sed loquitur contra obloquentes, & detractores, non autem contra pudicitiam factō attentantes, & monet ne causa odij, aut vindictæ quis se defendat, quo verò ad necessariam defensam non vt tenet Seraph. Cas. Conscient. 39. de qua necessaria defensione locutus sum. in 2. par. num. 57. 64. 209. & in pract. de test. p. 3. nu. 251. & alibi. De Tyranno mox supra dictum fui, & syntagma. iur. libr. 6. c. 20.

Sed ille verò Tyrannus dicitur, qui bannita pene natus equitate, iniquitatem in omni re amplectus est. Quam in Rempublicam introduxit, & qui Tyrannica mandat in festa corpori, & animæ, magnasque molestias inferentia, vitiosas actiones, & voluptates, quæ nascuntur ex affectibus, vt apud Philonem Hebreum legitur. 2. lib. allegoriarum. Bart. tract. de Tiran. & syntagma. iur. lib. 6. c. 20. vbi pro & contra, sed non est malum in ciuitate quod non faciat dominus, si id ex celo intellige permisum propter scelus populi mei percussi eum, si de Domino temporali, quando caput dolet omnia membra languent.

Nunquid in delictis pœnitentia locus sit, & regulariter (dico) quod re integra admittitur pœnitentia, vt per Doct. in l. si insulam, de verb. oblig. l. qui ea mente. ff. de fur. & l. qui falsum, ff. de falso. l. hoc editio. §. si quis alienauerit, vbi glo. ff. de alie. iudic. mut. & admittitur in delictis nominatis, & innominatis, ordinariis, & extraordinariis. Bal. in tit. quæ sit prima caus. amitt. feu. §. porro. colum. 3. propè fi. Decia. de pœnis. in ctim. læsa Maiesta. lib. 7. c. 40. tom. 2. car. 133. vbi in d. criminis Reg. fallit. Bal. in auth. habita. col. vlt. C. ne fil. pro patr. Barto. in l. si quis non dicam, C. de episc. & cleric. Decia. loc. cit. quodque procedit in foro fori, secus in foro poli.

Fallit secundo in crimine hæresis, nisi statim, & in continentia sponte se correxerit, c. ad abolen dam. de heret. glo. in c. damnatus. de sum. Trinita. Anan. in ca. excommunicauimus. il primo de hæret. Boer. Decis. 341. & 343. ubi alios allegat. Decia. d. tract. tom. 1. libr. 5. tit. de defensio. Reor. cap. 37. num. 44. Paul. Ghirlan. de hæret. q. 5. nu. 1. & 2. quamvis non de sit pati aliquam pœnitentiam secreto, vt per eundem Decia. d. lib. quinto, tit. de pœnitentia. hæret. cap. 54. nu. 34. & 35. Clar. §. Hæresis, versicu. sed quæro. Bösl. eodem titulo, num. 46.

Fallit tertio in causa simonia. S. Anton. in sua sum. tit. 1. c. 5. §. io. col. 1. versic. item si pro recept. illustr. Card. Caieta. in eius sum. in verb. simonia. col. 5. versic. ex eo autem. Decia. tom. primo. lib. 5. tit. Quib. in caus. simo. non contrahit, ca. 84. sub nume. 27. & intellige. quando iam aliquid receptum fuisse, at si solum fuisse mentalis, tunc peracta pœnitentia videretur dicendum.

Nauar.

Nauar.confess. cap.23.num.111.versicu. Pœna simoniaci.

Fallit quarto contra falso scienter data opera accusantes, quoniam, licet antequam nomen rei sit receptum inter reos, defisstat, non prodest pœnitere maximè in delictis exceptuatis, vt de hære si Clar. §. fin. q. 60. versi. fui quandoque vbi refert Cynum habuisse in facto. per l.fin. vbi Aret. nu. 3. C.de accus.

Fallit quinto in Barattaria. Bal.in l.generaliter, §. si igitur, ff. de calum. nam barattaria in quid minimo committitur, & inter causas capitales enumeratur B.l.in l.furti, §. pactum, ff. de infam. Catald de syndic.c.seq. nu.67. Put eo tract. in versi. Barattaria, ca. 1. sub nume.4. Ias.de act. §. quadrupli. nu. 81.

Fallit sexto quando quis deliquerit in facto permanenti, vt in vulnere, vel percussionebus: Nam facta pro infectis haberi non possunt, l. non dubium, C. de leg. secus in ijs quorum vestigia non remanent, & potest adhiberi remedium, vt in furto restituto, ante accusationem. Bald. in l. sub tracta. C.de fur. Fulgos. in l. scire. §. 1. de verb. oblig. vi. omnino. Menoch. de recup. poss. remed. g. sub nume. 149. vbi veriorem dicit, similiter si iniuria erit verbalis, poterit contraria protestatione reuocari, & tolli. Clar. §. iniuria, versi. fin. licet contrarium, videatur teneri in practica. Sed in hoc vi. que dixi in 2. part. sub nu.259. & Docto. in l. quod calore, vbi Dec. nu.9. de reg. iur. Luc. de Pen. in l. omnes. de Decur. lib. 10. Plot. in l. si quando, nu. 271. cum seq. & Salyc. in l. si non conuicti. col. 2. C. de in iur. vbi optimè distinguit. cuius distinzione demul sit aures Senatus Mediol. vt refert Bos. finit. de in iur. sub nume. 22. tenens quod aliqualem pœnam is non effugiet. sed teneo quod erit in arbitrio iudicis, qui cessante causa scandali leuiter admodum se ferre deberet, facit quod dixi. in 4. par. sub num. 236. & in puncto per Plot. consi. 13 l. nu. 17. Bertazol. consi. 307. vol. 2.

Qui Bertazol. in raptore mulieris qui extra domum illam rapuit, sed statim pœnitentia ductus, intactam in domum suam citò reposuit idem ut supra tenet. per Doct. in l. si quis non dicam. cum glo. C.de episcop. & cleric. & dixi par. quarta, sub nume. 92.

Idem quoque sentit. in exportante bladum contra deuetum: Nam si in itinere, antequam ad locum deueti perueniret, is pœnituit, & reportauit bladum in loco, vbi haberat excusatur. ad trad. per Rip. tractat. de remed. ad Vberta. conseruan. num. 75. relatum a Menoch. de arbitr. dicto cas. 360. num. 11.

Idem in prohibitæ executione, vbi uiolentia permanens non interuenerit: quia si ille, qui prohibuit, mox pœnitentia ductus, executoribus patens aditum exequendi prestiterit, dum executio durior, non fuerit effecta, siue in rem, siue in personam, excusat, vi. in 2. part. vbi de resistentia, & ibi hæc quæstio satis examinata fuit Doct. in d.l. si quis. C.de episc. & cler.

At in simplici insultu, si insultans statim debitam satisfactionem insultato dederit, animumque pœnitendi ei ostenderit, tunc excusabitur, licet Bal. in d.l. si quis. in 4. opp. C.de sacr. sanct. eccl. teneat contrarium, sed Menoch. a quo allegatur. de arb. iud. d. cas. 360. sub nu. 13. æquitatis partem sequitur & opinio Bal. locum haberet quando insultans aliquod signum pœnitentia non ostenderit, verum & in arbitrio iudicis erit considerare qualitatem personatum, & iniuriaæ aqua-

occasio ne natus sit: quia temerarij sunt reprimendi.

Fallit sexto in apostasia. l. qui sanctam. C. de apostat. Menoch. d. car. 360. num. 12. Boer. d. Deceis. 341. sub nu. 1.

Fallit septimo quando pœna est imposita ipso iure & facto, gloss. in clem. nec in agro, §. vero. de stat. monach. Bal. in auth. habita. col. vlt. C. ne fil. pro patr. Bar. & alij, in d.l. si quis non dicam, C. de episc. & cler.

Octavo fallit in omnibus casibus. in quibus punitur affectus, quamvis non sequatur effectus de quibus partim dixi sup. ceterum pulchritè explicat omnes D. Menoch. d. cas. 360. vbi enumera crimen laxa Maiesta. raptus virginum. intelligence, vt sup. homicidij data opera, assassinij, Veneficij, adulterij: sodomiæ, vel cum brutis, crimen facculariorum. Particidij: falsa moneta: infamem neccate: vxoreidij, in rebus Domini perfusioneis pravae: seditionis: ac aliorum quam plurium delictorum atrocissimorum, vsque ad nume. 34. & per Soc. Reg. 31. in ver. conatus, & Menoc. in not. addit. ad d. cas. 364. vbi & ipse quoque condolet de amico, & com. patre sui D. Deciano. ex quo in tract. crim. libert. 9. cap. 28. sub nume. 4. non com. memorat ipsum D. Menochium authorem, et ipse possem de alio dicere oderunt me grati: nam qui reddit mala pro. bonis non recedet malum de domo sua Prouerb. 17. porrò honor est honorantis, vt in propos. dicit Euerar. in procur. sua Centu. sed forte excusandi prætextu obliuionis, vel manuensium omissionis. At quid dicendum quidve cogitandum de illis, qui cum non sint apti edere typis, alienos labores, iam bis decem typis editos, & penes magna tribunalia, vt Romæ, Napoli, Mediolani. Genuæ, & alibi passim approbatos, tum in Hispania, tum in Gallia, quam in Germania, nedum in Italia, nibilominus, illi abortent scripta talium authorum, quorum non merentur esse discipuli, & cum liuorem pereorum scripta ostendere nequeunt, saltem ore tenus profitentur bannire libri os aliorum nedum penes se, sed ab eorum studio, & a fide aliorum Doctorum auertere, & alij quoque reperiuntur, qui ob aliquod latens odium, malum. titem suam facere, quam in iudicando sequi ueritatem scriptam in libris dignissimorum authorum nimis: quia ubi superbia, ibi contumelia, ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. Prouer. c. 11. & qui euicit discere, incidet in mala. Prouer. 17. & contra huiusmodi iudices facit Apost. ad Rom. ca. 1. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus, hæc sunt uerba. Aposto. heu misceri, an ignorantes quod maius est quod amittunt, quam quod acquirunt apud Deum, & homines quibus dici potest, si illis non creditis, credite salrem doctrinis eorum, an nescitis fratres, quod ignorare nobis non licet dotem vestram, vt ait Host. in prin. sua sum. an sanguinis, & nobilitatis vestrae obliuiscimini, & si caretis naturali nobilitate, cur acquisitam respuitis, porrò, nec ruri, nec à ruralibus talia fierent, nonne astis, & uos homines, cur inhumani, non timetis Deum, cur detractores, nonne facti sitis ad similitudinem Dei, cur naribus aduncis, cur labijs revolutis, cur auribus quas latis, & tandem cur de proximo uestro mislitatis recipisci carissimi, & nolite in dignari fratribus, & patribus uestris omnibus enim qui irascitur fratri suo homicida est. unde Salomo. in Prouerb. c. 3. Remoue à te os prauum, & detra-

detrahentia labia sunt procul à te . Oculi tui recta uideant, & palpebra tuae præcedant gressus tuos . Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viae tue stabilientur . alioquin, eadem quippe mensura qua mensi fueritis, mensurabimini, vel remittitur vobis . Luc. cap. 6. Nunquid potest cecus cecum ducere: nonne ambo in foueam cadunt, non est discipulus supra magistrum, & Euang. concludit . Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius, Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, no consideras, aut quomodo potes dicere fratri tuo . Frater sine ejciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem no vides, hypocrita ejcet pri mun trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui . sic apud S. Luc. Euang. cap. 6. & quod voi dico omnibus huiusmodi dico charitas Dei, & dilectio proximi sit semper nobiscum . Amen.

Nunc redeundo ad octauam fallentiam, circa affectus punitionem, declara quod affectus de consuetudine non punitur, si penituit, no autem si quis in executionem ponit nequit: nam cessante penitentia cessat indulgentia . c. cum ceſſante, de app. & est gl. in c. item li fidelis, vbi Affl. nu. 30. de feud. tit. quib. mo. feu. amitt. per le. qui falsam. ff. de fals. & per glo. in c. l. §. sed & qui delator. tit. Quæ sit cau. benef. amitt. vbi etiam Bal. Et cum de æquitate in penalibus sit sermo nostri, quid in prætorijs stipulationibus? & in eis dixi locum habere æquitatem, si non in totum saltem in parte & adduxi exemplum, de illo qui fuitè carcere relaxatus, & ei domus propria assignata fuit pro carcere, sub fideiūſſore de non discedendo donec, vel sine licentia &c. Qui si suo marte discedit & rediit, non incurrit in penam promissam ut in 2. par. num. 240. & in hac supra nu. 99. in fi. quia æquitas non patitur, ut si quis id non fecerit in contemptum nec fisco aliquid debet, nec alteri quod rigor prætorijs stipulationis locum habeat ut ibi dixi . Nam si fideiūſſio fuit data pro cautanda persona tunc, si persona adsit, non est locus poenæ Fatinac. titu. de carcer. & carcera. q. 30. sub nu. 71. vbi rationabiliter quadræquitate intuenti, hoc procedere ait. per Ro. consil. 193. post nu. 1. Osafe. Decis. 70. nu. 12. & sequ. secus si suislet in domo arrestatus causa scandalis cuitandi, quia in duobus contravenisse dicitur, primò contra stipulationem prætoriam & præceptum iudicis secundo quia per eum non stetit quo minus scanda oriti non possent. Hinc dixi quod confitenti delictum pars pena remittatur, nisi delictum fuerit geminatum sub nu. 202. ver. redeundo. p. 3. & vi. p. 1. sub nu. 152. p. 5. nu. 275. facit tex. in §. ex hoc vere iubemus in auth. nulli Iudic. coll. 9. c. si quis iratus fuerit in ver. iterare. 2. q. 3. idem quando quis ex Clementia Principis esset excarcerandus, quia si bis fuit carceratus no gaudet tali gratia ut in l. 3. vbi Doct. C. de epis. audi. attenta enim causa finali pro qua fuit arrestatus non potest, si excusat in totum, & ideo cum fisco posset deueniri ad aliquam compositionem in hoc casu, remisso rigore, & suadente æquitate Fatinac. d. q. 30. nu. 77. vbi inclinat in hanc partem & ita extimo locum habere op. tenentium contrarium at in primo casu nullo modo pena promissa loco habere deberet.

Etijs diebus i trisum de quodam notario, qui nescit calles neque terminos, ausus est dicere quod arrestatus in domo pro carcere ei sub fideiūſſore assignata, non dicatur in carceribus, stante

statuto quod nullus malefactor audiatur nisi sit carceratus: nā satis in carceratus esse dicitur, qui est in domo vel alio loco detenus de ordine iudicis pulchre Mascat. de probat. conclus. 280. num. 4. Ang. in l. 1. C. de priu. career. & in leg. qui in carcerem. ff. quod immet. cau. Ang. de malef. in ver. Qui Iudex dum. 14. & alios quam plures, in prop. alleg. Farinac. de carcer. q. 27. num. 11. q. 30. nu. 5 1. & 52. Nam non solum quis dicitur in carceribus quando moratur sub clave detenus, sed etiam quando sine clave stat in certo loco à quo discedere non valeat sine licentia, & maxime sub cautione Caualean. Decisi. 14. nu. 1. 4. & §. part. 5. que in vi. etiam in Decisi. 28. ea. §. part. vbi quid circa fugam.

Tandem in penis ubi lex figit pedem, non debemus, ulterius querere Cagnol. in d. l. in poenalibus, cir. fi. de reg. iur. at licet poena eadem plecti debent omnes qui interfuerunt dolose homicidio ut l. 1. ad leg. Cornel. de sicar. nihilominus si multi fuerint, solent duo, uel tres tantum morti tradi, ceteri uero ad perpetuos tritemes. l. aut facta ubi Doc. ff. de pæn. Clar. qu. 6b. dixi in 4. part. sub num. 154. unde S. Aug. Sen. Melius enim est ut pereat unus quam ut pereat unitas, & aquitas & rigor in refectione damnorum, sunt adeo cōcordes, quod absoluus à poena non intelligitur à damnis dixi supra nu. 287. & 288. par. 4. & pulchre per Surd. Dec. 261. maxime constituto de calamia accusatoris per l. 3. C. de abolit. In dubio tamen reus est absoluendus. l. non puto. ff. de iur. fisc. Crauer. consi. 6. num. 28. Bertazol. consi. 166. nu. 49. & semel absoluus amplius molestari non debet, c. de ijs accusat. Dec. in l. nunquam actiones nu. 5. de reg. iur. idem in consi. 227. Sed quia hac altiorum requirit indaginem, remitto ad ea quæ supra dixi par. 4. sub nu. 275. cum mult. seq. us

ÆQUITAS IN RESCRIP

ptis. Cap. XII.

N rescriptis etiam equitas locum habet: nam si aliquid alicui commissum sit, in dubio intelligitur secundum equitatem, qua mediante iudex, vel delegatus regulariter debet, vt not. Bal. in l. adem. ver. sed quod pro uno numero. in fi. C. locat. refert. Dec. in l. in omnibus quidem, sub nu. 4. Nec per quæcumque rescripta, nunquam iuri tertij derogatum censemur, l. 2. §. si quis a Principe, & §. meritò, ff. ne quid in loc. public. Barr. Iaf. & alij. in l. fi. vbi glo. C. si contr. ius vel viril. public. etiam si motu proprio. Rescribatur. Rott. Rom. Decisi. 445. in antiquo.

Quinimo semper subauditur, hæc clausula salvo iure tertij. idem Bal. in l. 1. C. de consti. princ. & in l. monumenta, C. de leg. Bart. in l. dotalem, 312 ff. de testam. milit. & quando aliquid cōcessum appetat in præiudiciū tertij, præsumitur per obterptionem, & quod Princeps fuerit circumuentus, vel propter importunitatem concesserit. Barto. in procēm. digestorum §. omnem, col. 2. & in fi. ver. Item querit glo. quid de rescripto. & glo. in cap. 1. in ver. noscatur. de constit. in 6. vi. in hoc proposito. supra par. 1. sub num. 246. & quæ infra sequuntur in dubio tamen rescriptum præsumitur iustū. * Bal. post Cyn. in l. rescripta. C. de prec. Imper. of 313 fer. Riaz. reg. 72. unde qui vult impugnare rescriptum.

scriptum. tenetur incumbentia faceret. qui accusare. C. de eden. & intellige quod si impugnatur de falsitate, tunc im petrans tenetur docere de veritate. At si impugnatur de veritate, tunc ipse impugnans probare debet, ut per Io. And. in c. 1. de lit. contest. quem cum aliis adducit. Dec. in c. portecta. sub nu. 12. de confr. vtil. vel inutil. & ita intelligendus est. D. Borgn. frater meus. in De cis. 37. sub nume. 37. p. 2. & not. quod licet impugnare circa verba, & mentem rescriptentis, non autem circa voluntatem, ut inf. dicam, & potius impugnari permittitur tamquam falsum, quam quod princeps ius alicui tertio tollere voluerit. Meno. de præsc. libr. 2. præf. 9. nume. 7. & si verba rescripti non conueniant æquitati, possunt impropriari contra propriam eorum naturam. Menoch. vbi sup. nu. 3.

Hic obiter quarto de eo, quod sapere, non ab re, in controversiam venit: nam quandoque Princeps in fine precum rescribit. non alio, & pars adhuc alias preces porrexit in quibus aliquam aliam rationem in primis precibus, non deductam deduxit ex qua Princeps madauit in formationi parte citata (ut motis est) qua in formatione audit. Princeps rescripit, se ne rimette a gli ordini. Quod rescriptum sapere interpretatum fuit esse, ac si princeps rescripisset non alio, & sic de negotiorum, veruntamen, super hac re quid sentiam mihi videtur memoria recolere id quod alias dixi sub nu. 59. & 60. in quinta par. ad quem locum remitto, nunc in proposito dico, quod ubi agitur de meta iustitia, & appareat de iniustitia proveniente contra ordines, ut puta contra casum legis aut statuti, tale rescriptum, uidelicet se ne rimette a gli ordini, non seruit de vento, immo opera tur restitutionem aduersus sententiam, factum, aut rescriptum contra ordines obtentum, quia si primo quia si ratio, seu causa allegata in nouiss. precibus, non fuisset digna considerationem, princeps, non rescripisset, informasi citata la parte, sed reexcisset, postquam iam reiecit, con non alio. adeo quod princeps frustratoria remedia non introducat, at l. quæbis idem. de stip. l. hæc stipulatio. §. Diuis. ff. vt legat. causa. & in procem. institu. immo quod iubet, & vetat id summa rationem facit. & si quid perpetram factum esse cognoscit ad ordines, & traumes iuris reducere solet, atque annulat, & emendat, e. veritatis. de dol. & contu. dixi sup. in prima par. sub nu. ne. 246. Quod eo magis procedit, quando hoc rescriptum, se ne rimette a gli ordini, est conforme ordinibus, & legibus, ac statutis cum quibus princeps presumitur velle se conformare, & talis presumitur fuisse mens principis qualis dispositio legis, l. digna vox. C. de leg. & presumitur rescribere pro ut iuris nisi addiderit clausulam derogatoriæ. glo. in auth. ex complexu. C. de incst. nupt. de ijs sup. in d. 1. par. sub num. 248. & si quandoque aliter rescribat, ut puta non alio, per quod videatur iniustum, tamen non est de mente principis id facere, sed male informantis, ab quo prelaminur circumuentus, ut d. nu. 246. & ideo non importat dictum rescriptū, se ne rimette a gli ordini, ac si dixisset, non alio, immo iniuriam saperet, que procul est a bono, & iusto principe, præteritum quando ageretur de præiudicio tertij Cano. in c. ad aures. vbi Rip. nu. 45. de rescr. ad hoc Caualea. alios allegans. Decis. 41. num. 53. 54. & seq. 1. Quinimo quando essent duo statuta, vel duo rescripta, tunc illud est attendendum per quod res reducitur ad viam iuris, maximè quando non agitur de meta gratia, sed

de meta iustitia. & attenditur id quod est secundum ius, & iustitiam, & non contra ius, & iniustitiam. Cor. consi. 119. circa primum. col. 5. libr. 2. & consi. 48. Quoniam libr. 3. & nullus de hoc dubitat. Secus esset si in rescripto princeps dicaret, mirimetto a gli ordini già dame, o da noi dati, nam tunc videretur se conformare, cum praecedente rescripto. Non alio, idem quando ageretur de meta gratia quam prima vice princeps denegasset, & secunda vice, rescriberet, se ne rimette agli ordini, quoniam idem esset, ac si dixisset non alio, & hæc sub correctione dicta sint.

314 Nam rescriptum contra æquitatem, & contra ius naturale non valet glo. in l. fi. Cod. si contr. ius uel vtil. pub. & ibi Doct. si uero conceditur contra ius gentium, uel ciuile valet, quando cum causa æqua & iusta in eo expressa Princeps rescribit Bar. in l. 1. col. ult. vers. Sed an posit. ff. de constit. princip. Rot. Ro. Decis. 356. Sed oportet ut in eo adsit quoque clausula non obstante Bal. d. l. fi. C. si contr. ius vel vtil. publ. idem in d. l. rescripta. de præc. Imper. offer.

315 Hinc prudentes consiliarij in rescriptis derogatorijs, & gratijs apponere solent clausulas de plenitudine potestatis, ex certa scientia, motu proprio, & contrarijs non obstantibus, quibus derogamus, & in terminandis causis grauibus, & periculis, tolent apponere, & imponere perpetuum silentium, & pœnam contradicenti, seu contra scienti Rescripto & eo magis quando illud est derogatorium statutorum, aut privilegiorum, vel ultimæ voluntatis, & quando plura obstant, tunc non sufficit ponere clausulam generalem uel delictet. Non obstante. Sed ponit debent clausulas speciales est derogatoriæ unicus obstantium per l. si non lex Aelia. ff. de hæc inst. Bald. in l. C. de fur. Ias. in l. beneficium sub nume. 31. vers. Quinto de constit. princeps quibus in locis habetur quod mentio fieri debet omnium illarum rerum quæ obstant ad hoc ut rescripta semper firma maneat ne argui possint non fuisse cogitatum propterea posset apponi alia clausula sive cogitatum, sive non cogitatum vel tam super cogitatis, vel quam super non cogitatis, at si gratia, aut priuilegium, non respiciant interesse tertij sed solum bonam voluntatem, & liberalitatem Princeps, tunc sat est motus proprius. De qua per Rot. Ro. Decis. 27. alias 332. nu. 4. in antiqu. & Decisi. 29. alias 489. co. Lapp. alleg. 7. nu. 9. vbi dicit quod motus proprius facit extendere gratiam ad id quod alias non comprehendenteretur sine motu proprio: & ibi multa alia, circa clausulam istam, motu proprio: & non nulla alia statim dicam.

316 Ceterum ad tollendum vitium subreptionis vel obreptionis, & ad evitandum circuitus circa preces in quibus agitur de interesse tertij. Princeps, vel Senatus consulium solet ante quarem deliberet, se prius informare citata parte per l. de uno quoque. ff. de re iud. quod minimè omittendum circa rescripta iuris, & ad lites: nam et si talia rescripta sint secundum ius, nihilominus pars contra quam rescriptum impetratur, si non fuisset citata, grauati & conqueri posset, nisi motu proprio concessio fieret, vel rescriberetur, de cuius clausula ei ultra ea quæ mox supra dixi ipsa tollit qualitates extrinsecas, non autem intrinsecus. Cels. Vgo. tract. claus. De rescript. ut puta, non auctor curam beneficij, nec latit ius tertij nec ampliat gratiam, secundum Vgo. secundum Lap. d. alleg. 7. nu. 9. Sed plus efficacia habet gratia cum motu proprio, quam sine eo, nec motus proprius indu-

inducit dispensationem irregularitatis, vel alterius inhabilitatis Rot. Ro. Decis. 114. licet in Nou. & Decis. 445. motus proprius in antiqu. & de multiplicibus effectibus huius clausulæ motu proprio vide D. Menoch. de arb. cas. 201. 202. vbi latissimè per tot. qui ait tollere vitium subreptionis, non autem inhabilitatis, nec falsitatis, nec vitium intrusionis, & pulchrè per Bertazol. in criminal. consi. 478. lit. g. vol. 2. car. 278.

317 Veruntamen non requiritur citatio, nec alia informatio (scilicet parte citata) quando Princeps, sine ea fuisset rationabiliter motu proprio concessurus, quod supplicatum est, pro ut fieri solet in rescriptis præsertim merè gratiæ. Dispensationis, priuilegij, & quando abbreviatur modus litigationi, concediturque tempus, & similia, ex quibus, nihil deperit parti aduersæ, c. quod ob gratiæ cum concor. de reg. iur. in 6. & ad hunc propos. vi de omnino quæ dixi supra in 5. par. sub nu. 59. lit. B. & C.

* Secus in sententia quæ sine citatione, etiam in favore in partis absentis, non tenet in civilibus, quia citatio peremptoria habet vim stipulationis secundum Bar. in l. eam quam. C. quomo. & quan. Index, & hoc de rigore, secus de æquitate quando proceditur sola facti veritate attenta & extraordinariè, quia tunc sententia tenet. I. quod favore de leg. l. properandum. ff. de iudic. Alexan. consi. 114. nu. 3. & 4. vol. 6. maxime quando non affertur alia ratio, nisi quia non fuit citatus per Vent. tit. Qualiter senten. nu. 107. Et dictu Vant. in tit. de null. ex defect. cit. nu. 10. procedit, quando nunquam qui sententiam obtinuit fuisset citatus, nec partem aliquam in iudicio fecisset ut alias de hac re dixi. Sed si statutum daret formam citandi, & annullâdi actum tunc omnino citatio est necessaria per ea quæ dixi sup. nu. 135. cum multi seq. & infra sub nu. 500.

318 Et sciendum est quod qui ignoranter suppliando aliquid narrat non narrandum, de æquitate excusatur cap. gratia de rescr. ex quo caret do-
lo ignorans vt inquit ibi lo. Andr. in ver. ignoratia nec vitiatur rescriptum quando in precibus est aliquod patens mendacium quoniam præsumitur per errore dictum l. i. ff. de iur. & fac. igno. maximè quando non obstante illo verbo mendacij, adhuc rescriptum fuisset concedendum: nā
* vti frustatorium non attenditur illud quod mendaciter dictum est, & superflua sunt resescenda Spec. de test. §. iam de interrogatorij, col. 1. ver. habita & superfluitas, non vitiat vt colum. 7. ver. & nota & in propos. Cat. in clem. si Romanus in fi. de præben.

319 Et rescriptum dicitur subreptitum ex nar-
ratione eius quod non est, & obreptitum ex taciturnitate eius quod est, vt in c. super literis de rescr. vnde per subreptionem aut obreptionem rescriptum vitiatur, l. sed si hac §. patronum cum glos. in vero per obreptionem. ff. de in ius voc. & ui. in pract. de test. par. 1. in princ. Sed in gratiosis, quando taciturnitas, at per ignorantiam excusatur vt
320 supra à punitione mendacij, vel taciturnitatis, de qua in c. si quis Imper. & tit. de prec. Imper. of fer. Sed rescriptum vitiatur Lapp. allegat, 89. num. 3. intellige cum temperamento de quo supra scilicet, quando expressio impediret, vel esset no-
citura.

321 Si autem in precibus plures causæ narratæ fuerint quarū aliquæ falsæ aliquæ veræ sunt, est pôde randum in hac statera rigoris, & æquitatis, super quibus Papa, aut Princeps motus fuerit, ad re-

scribendum, quoniam si super veris rescriptum erit fundatum in mente rescribentis, illud valebit securus, si super falso, quia rescribens cogitauit id quod falso narratum comperitur, fuisse verum l. sapè de ver. sig. c. 2. de rescr. Lapp. allegat. 23. nu me. 6. in fi. vi. infra sub nu. 477.

Hinc eidam religioso responsum dedi mecum sequentem casum conferenti, & est quod si quis narravit D. Papæ quod supplicans copulam carnalem contraxerit, cum affine, & ideo dispensationem petijt. Papa vero ad evitanda scandala motus concesserit vt in matrimonium coniungi va-
leant, dummodo non copulauerint animo & intentione obtinendi dispensationem, vel dummodo ignoranter narratum sit copulam expleuisse (licet non expleuerint intus claustra) vt mihi narratum fuit, dixi dispensationem ualere, quoniam sat esse videtur quod in rei veritate copulâ expleuerint sed an intus, aut fortis vuluæ, non fuit consideratum in rescripto. Vnde Papa motus fuit (vt creditur) ad evitanda scandala, & ea cōditio-
ne, dummodo isti rem carnalem simul non ha-
buerint, cum hac principali intentione intra se se-
dientes, agamus, quia Papa nos dispensabit, at si principalis intentio fuit explendi libidinem (vt verisimile est) & secundario contrahendi matrimoniū, spe obtinendi dispensationem, Dis-
pensation obtinet, Salua semper determinatio-
ne Sancto Theologorum, & motus fui: nam
si de quo magis inesse videtur & inest, ergo de
quo minus c. cui licet vbi Deci. & Cagnol. & fa-
cit text. in l. solemus. §. latronulator. ff. de iudic.
de reg. iur. in 6. de hoc dixi supra in 4. par. nu. 411.
& 412. concessa fuit dispensatio ob copulam secu-
tam, multo magis concessisset eam si copula non
fuisset secuta: nam duo respicit dispensatio. I. cir-
ca affinitatem secundo circa copulam & ideo di-
xit ad evitanda scandala. Et osculum palam quo
ad scandalum, maius est si implici fornicatione oc-
ulta. vnde dici solet, si non castè, saltem cautè ra-
tione scandali evitandi vt dixi in 4. par. nu. 94. &
239. & in propos. vi. in pract. de test. p. 3. nu. 187.
cum sequ. Qua de te si plus in precibus narratum
sit, quam factum extitit, dummodo ad finem ob-
tinendi dispensationem, non fuerit illud plus nar-
ratum, dispensatio tenet, fauore matrimonij ad
ea quæ supra dixi nu. 264. & si is scrupulum pec-
cati propter tale plus in precibus dictum haber,
extimo quod confitendosacerdoti, & dicendo suā
culpam absolutionem obtinebit. At si is expo-
suit minus quam factum sit, utputa narrando o-
sculum, & tacendo copulam, non tamen ad finē
obtinendi dispensationem, nihilominus dispen-
satio tenet, ut quia ad evitanda scandala dicatur
concessa, ut colligitur ex Couarru. varia. resolut
§. 10. nu. 12. 13. 14. par. 2. tom. 1. facit in ar. d. au-
then. multo magis. C. de fact. sanct. eccles. Nam
si de quo magis inesse videtur, & inest, ergo de
quo minus, c. cum in cunctis. vbi glo. de elct. di-
xi sup. in 4. par. sub nume. 411. & 412. & si copula
intus non fuit expleta sat est deuentum fuisse ad
aliquem actum proximum: nam plus, & minus
non faciunt diffirentie specie, quando subest eadem
ratio in materia gratiola, & per quam scandalis
obuiam itur. Dec. in l. cui debet. sub num. 6. ver.
sed vt dixi. de reg. iur. glo. in c. quia & ibi Dec. de
322 præben. tenens † quod dispensatio trahitur ad
aceſſoria maximè fauore animæ. idem Dec. in c.
at si clerici, nu. 97. de iudic. Dyn. in c. cui. de regu.
iur. in 6. Couarru. uaria. resolut. par. 2. §. 10. num.
6. tom. 1.

Quinimo

Quinimmo per solum osculum libidinosum daretur occasio magna scandali, ad hoc in præc. de test. p. 3. nu. 187. cum seq. & sic dispensatio tenet per supra dicta.

Nec obstat videretur quod ait Fely. in c. quod super ijs sub nu. 2. de fid. instru. Quoniam ista nō dicitur falsa causa, quia verè inter hos affines contractus libidinosus interuenit, at quod copula intus, vel extra claustrum virginale explora fuerit, in hoc (quo ad dispensationem euitandi scandali causa) parum refert. Nam (quod maius est) cum dispensator præsupponeret, quod effectiæ (prout narratum est) isti rem carnalem simul habuerint nedum propter scandali causam, sed & propter stuprum dispensasse dicendum videtur.

323 Quod stuprum non sit per solum contractū extra virginale claustrum, sed quando virginalis integritas corrompitur. c. lex illa 36. q. 1. S. Th. 2. 2. q. 154. nu. 6. Mando. conf. 71. nu. 1. vol. 1. Rim. iunio. exempla trad. in confil. 199. nū. 25. vol. 2. Baiat. ad. Clar. §. stuprum cir. princ. Menoc. de arbit. cas. 294. vbi latē.

324 Hinc est quod dispensatio super casu ficto, in quo resultat idē effectus, quod in casu vero, quo ad id de quo queritur, tenet de æquitateque extenditur de casu vero ad casum fictum ut in leg. Gall. §. & quid si tātū. ff. de libe. & posth. pulchre Euerat. in sua Centur. loc. ab æqu. poll. vers. sed si queratur lit. B. C. D. & Couarru. loc. supra cit.

Alius casus inde accedit, quod dum speraretur, ab im petrante obtinere dispensationem, hac spe, non expectans eam habere is copulam explevit, tanquam sponsus, iam ab utraque parte fide matrimoniali præstata, post quam copulam dispensatio præsentata fuit, & respondi rescriptum vires

325 habuisse quoniam attenditur tempus datae, nō autem præsentationis, in huiusmodi casibus vt per Abb. in c. dilectus sub nu. 7. & seq. de præben. vbi magistraliter distinguit, & ratio est quia actus copulæ non dicitur factus in tempore prohibito, cum iam per Pontificem fuerat dispensatū, licet sponsus id tempore copulæ ignorauerit sed sperauit obtinere ar. l. quod sponsæ. C. de donat. ante nupt. & maxime cum hac credulitate actus carnalis factus fuerit intuitu matrimonij. le. si is qui in aliena. vet. ne mo enim de acq. ter. do. l. ve rū. ff. de fur. nec pro ualiditate matrimonij aliud requirebatur, nisi talis dispensatio, & causa matrimonij dicitur pia, & fauorabilis, ut dixi supra nu. 267. merito per copulam ante receptā dispensationem rescriptum non fuit irritum ad quod

326 facit Dec. in c. at si clerici. §. de adulteriis num. 96. & 97. de Iudic. & ideo latē interpretanda benigna Papæ dispensatio fauore matrimonij. De ci. ibi. d. c. at si clerici. nu. 169. vbi alleg. Calder. cō fil. 1. de consangu. & affi.

Est tamen verum quod ista sponsus, nimis festinanter ad expletionem copulæ deuenit, & peccasse dicitur, cum ante tempus solemnitatum requisitatum copulauerit, sed confitendo peccata, & dicendo suam culpam absolutionem à R. Confessore obtinere potuit, & de hac re consulere. Theolog. præsertim Nauar. manual. confess. cap. 16. titu. Quib. mo. coniug. pecent. & c. 12. vbi cir. dispensationem. Quibus ne tamen remitto.

Hoc unum volo in summa aduertere, quod quicquid sit quo ad mentem, & voluntatē Principis iux. §. sed quod Principi Insti. de iur. nat. gen. & civil. le. digna vox. ff. de leg. Nam dici solet de Deo & de Principe nihil veruntamen quo ad Consulentes Principem ipsi aduertant bene vt

sint priores, ad gratias cōcedendū, quām ad denegandum, & scriptores sub cōsiliarijs, nil suo marte describere possunt nec debent, sed illud tantum & non plus neque minus, quanto à DD. Consiliarijs eis passim iniūgitur, alioquin vni remerati redargui possent: nam qui nō facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea quæ non facit, & qui facit quod facere non debet, non videatur facere, quod facere iussus est vt d.l. qui non facit de reg. iur. l. non quicquid. §. Index. ff. de Iudic. Qua de rē quilibet incumbere debet officio suo, & in suo proprio loco stare, & non exire alio quin ei accidere posset, quod de temeratio Ascensore refertur, qui dū in ephippio seu sella æquitaret, à generoso æquo tutè ferebatur, at postquam in cluna hoc est in cruppa saltare uoluit, ab æquo calcitrando in terram proiectus remansit & malasse habuit: nam æquus verus, non est æquus ligneus, cuius natura, si est generosa, est etiam ferox igitur caue. & vi. Bonacossi. de æquis, in princip. vbi multa de natura, & vitijs, breuiter traxit.

AEQUITAS IN SPIRITUALIBUS. Cap. XIII.



327 N spiritualibus, quam maximè æquitas locū habet, vt in beneficijs, & huiusmodi: Nā non est nimis subtilizadū circa eorum concessiones, ca. ingenij. de elec. subtilizatio enim nimia scinditur, & defert uit potius ad augēdam scrupolositatem, ad discrimen, & ad imbursationem curiæ, quam aliter. Ioan. And. ibi in d. cap. ingenij. post Host. in c. dudum. eod. tit. de elec. in 6. vbi ait quod professores iuris canonici, non debent curare multum de apicibus iuris, nec in similibus valde laborare. l. si fideiustor. §. quedam fortius. ff. manda. c. 1. de dol. & contumac. c. sapè. de restitu. spol. & vbi agitur de fauore animæ benigna extensio. & æquitatis interpretatio locum habent, vt per Aret. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. col. 3. & Dec. ibi nu. 97. & 98. hinc est quod & si ecclesia constituuerit ne quicquam post aliquius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentia, sed rigore factum est disciplinæ, ne multi si ad hos honores admittentur, fistam pœnitentiam facerent, rigor ergo ecclesiæ hoc constituit, vt humilitas in talibus pœnitentibus seruaretur, & uera pœnitentia esset, quæ non spe honoris, sed tātum venia à Deo impetranda. Quando vero ecclesia cognoscit, magnam utilitatem animarum, in admittendo tales pœnitentes ad honores ecclesiasticos, tunc demittit hunc rigorem, ne aliquando ex tali rigore fierent scissuræ, & magna strages in populis. ut 2. q. 4. capi ipsa pietas. vi. quæ in proposito dixi supra sub nu. 3. 10. vers. & Bar. in tract. & nu. 6. 50. in fin. S. Aug. ex libr. Epistol.

Tandem in omnibus casibus pījs, & fauorabilibus æquitas locum haberet. Afflīct. de feud. tit. de prohib. feu. alienat. in c. vt autem. Grammat. con si. 18. in ciuil. Soc. iun. confi. 138. vol. 3. Sed aduerte quod qui non intrat per ostium dicitur fur, & latro lo. in Euang. cap. 10. & in hoc æquitas cedit rigori

rigori ex quo hoc dictum prolatum fuit ab ipsa æquitate, & veritate.

Hinc est quod ille qui per fenestras alienas dominus ingreditur, & egreditur, furandi animo præsumitur facere, si res in d. domo furate fuerint, aut præsumitur delinquens, de illo delicto inibi de recenti patrato, §. interdum institut. de oblig. quæ ex delic. nasc. Blanc. de Indit. nume. 428. & quamvis nullum delictum factum fuerit in d. domo, in qua quis per scalam ligneam, aut funis de nocte pro ingrediendo, aut egressiendo inibi repertus fuerit, poena ultimi supplicij puniendus esset secundum Bald. in leg. fin. de rer. diuis. quæ tamen opinio nimium crudelis visa fuit, licet Neapol. executa fuit, ut recenseret Grammat. Decis. 36. qui illam op. conatur defendere & Florentia dum vigebant factiones, quodam adolescenti reperto noctis tempore cum scalam ferica prope domum Amasiae contrariae factionis, ut honore puellæ illesum conseruaret, fassus fuit ibidem causa occidendi Dominum d. domus vti contrarium factioni sua accessisse, & mane damnatus in amputatione capitis fuit, & dum in loco attentati delicti iustitia erat exequenda, puella è domo egressa est statim fugiendo, ad illum adolecentem & accessit, quem lachrimis amplexa est dicens, nequaquam moriturus es, quia veritatem non dixisti, sed mei causa accessisti, & suspensa executione, & te melius audita, ambò in matrimonium coniuncti fuere. hinc inde consentientibus parentibus & cognatis, & ex illa hora factiones ille cessauerunt, & pax perennis inita fuit, adeo quod supra dicta conclusio fallit causa amoris. omnis enim culpa facillime tollit, & omnis excusatio tollitur, quando causa in amorem reiicitur Clar. §. fi. q. 68. versic. ascendens, quem sequitur Bai. c. ibi. num. 11. & apud Poetam nostrum Ariost. hoc quoque vulgari sermone canitur. At in hoc multum versatur arbitrium æquijudicis qui pensatis hinc inde qualitatib. rectum iudicium faciet Menoc. de arb. iud. cas. 360. nu. 95. & vi. Farinac. de delict. & pen. q. 20. nu. 145. Bonifac. de furt. §. est sub nu. 52.

Veruntamen si ad fenestras monasterij reportus de nocte quis fuerit, poenam ultimi supplicij minime evitabit iux. op. Bal. de qua supra in l. fi. ff. de rer. diuisio. idem si ad Palatium Principis, vel Episcopi: nam sunt priuilegiata valde, & est eauendum à delinquendo in eis sub metu grauissimarum poenarum ut dixi in prima parte sub nu. 96. 198. idem si ex causa inimicitiae capitalis ad vindictam quis conatum fecisset ingrediendi cum scalis per ea quæ dixi, in 4. par. sub num. 196. nam in atrocissimis conatus punitur quando ad aliquem actum proximum deuentum fuit, ut ibi. idem si cum scalis quis muros ciuitatis transcendere conatus fuerit præfertim noctis tempore: nā hoc factum dicitur hostiles, & abominabile ut d. l. fi. fi. de rer. diuis. Bart. de Capua. sing. in ver. lex ista per l. i. ff. de fur. & declara, ut per Clar. d. qu. 68. vers. muros ciuitatis Decis. 232. tenens id procedere in muri proprij Domini, sed doct. distinguiunt an in tempore pacis, aut belli hoc factum sit ut per Menochi. de arb. cas. 483. & Clar. mox adduct. Tempore enim Belli rigor seruatur, sed tempore pacis æquitas prævalit Luc. de pen. in l. penul. col. fi. C. de colo. & illytic. libr. 10. Ceph. consi. 75. nu. 9. Bursat. consil. 152. nu. 37. volum. 2. Addit. ad Bertazol. consi. 35. qui tenet quod trascendens muros ciuitatis, non animo violandi,

mitius punitur, nec poena capit is puniendus esse qui foueas seu vallū ciuitatis transcederet quando ciuitas non muris sed vallo circundata est, ut esse casum singularem in l. desertorem. §. nec nō de re milit. trad. Cæpol. deseruitu. præd. vrba. tit. de scal. sub num. 9. vbi allegat Corn. consi. 76. incip. præsens. vol. 3. & ibi tradit quod ciuitas non potest alienare muros quibus munita est, nec in eis super ædificare licitū esse nisi iussu Principis.

Sed in materia ciuili æquitas suader, vt vicino liceat in muro communis scalam apponere, quando parieti non est damnosum, etiam quod vicinus æreferat per l. fistulas vbi glo. §. fi. ff. de ser. vrb. & etiam licet super solo publico quādo quis vult, propè murum suum ædificare, & scalam facere, & hoc quatenus suus porticus, vel suum stillicidium domus suæ protendit, quoniam circum scriptis statutis, vel inueterata consuetudine id fieri posse & licere dicit Cæpol. loc. supra citato Rubr. de scalis sub nume. sexto & 7. & ibi idem tenet super solo vicini quatenus stillicidium nostrum protendit super dicto solo per text. leg. in fin. ff. de ser. vrb. præd. Sed re vera quilibet solum suum in pace possidere deberet, sicuti spiritualiter S. Paul. dicit ad Ephes. capitulo quinto quod quilibet possideat vas suum in sanctificatione. Sed in proposito nostro quid si quis fugiat ob delictum, aut ob graue debitum cum scalis sub numer. 158. versic. & ille qui est arrestatus.

* Præterea qui non intrat per ostium fur & latro etiam dicitur, ut illi qui ad officia & dignitates indigne pretio, & pecunia admittuntur: nam vt alias dixi qui emunt officia (circumscriptis mōribus regionis) habent contra se præsumptionem, videlicet quod per fas, & nefas mul toplus lucrari cupiant ut in 5. part. nume. 147. &c qui ad digitates ascendunt aliter, quam ob merita, præsumptio est quod minus prudenter illam dignitatem agant, quod experientia ostendit, ad faciunt quæ dixi in prima par. sub nu. 42. vers. ideo iux. 1. impress.

* 328 Similiter illi qui curat spiritualiter infirmos spirituales, vel etiam corporales, si alio modo, uel alia via medicinam præbeant, quām canonican, errant valde, nam canonice medere debent, alioquin languores augent & tenentur de imperitia. Illicitas. §. sicuti vbi Bart. ff. de offic. præsi. l. qua actione vbi Bar. & Flor. ff. ad l. Aquil. Spec. in tit. de salar. §. fi. vers. Languet. idem in ti. de Magistr.

* Et Medicus tria scire debet circa infirmitatem. 1. à quo sit causata, 2. in quo statu reperitur eger. 3. præuidere futurum euentum ut per Car. in ca. ad autes de æta. & qualit. & trad. Rip. de remed. contra. Pest. nu. ... At illi qui per incantationes medicant non medicant canonice, & non intrat per ostium, ideo fures, & latrones, ut in l. 1. §. Medicos vbi gloss. ff. eod. talia enim sunt de genere prohibitorum ut tot. titu. de frigid. & maleficat in decreto. & Nauar. Confess. capit. decimoprimo per tot. Ast caueant Medici spirituales à simonia, quoniam non est per ostium sed per fenestras ingredi, sed subtus canales Sulphureos. Nauarr. capit. 23. nume. 99. vbi luculenter le simoniacis tractat idem de peccatis Medicorum capit. 25. nume. 60. & cap. 26. num. 112. ibi de peccatis clericorum quo ad beneficia obtinenda & num. 141. de peccatis Prædicatorum, & qualiter in prædicatione se habere debeat, tam circa modum

quām circa doctrinam, & alia omnino necessaria, ac de rebus fugiendis, & expetendis ab eis si dabitur mihi tempus, videbis me non esse purum doctorem.

Ad supradictam verò regulam quod qui non intrat per ostium, dicitur fur & latro, limitat lito illam primo tempore belli iusti, nam ne dum per fenestras, verum etiam per antros & caueras, minis, & contrà minis ingredi, & egredi di licet, argum. leg. 1. de vi & vi. armat. 2. fallit quando seruus vel ancilla clauem perdiderit quia per fenestram licitum est ingredi & egredi per c. quæ propter de reg. iur. in 6. facit Bart. in l. omnes populi sub num. 55. de iust. & iur. 3. fallit causas extinguendi incendium & saluandi res, & personas, quia & per fenestras & per tectum, & omni modo licitum est ingredi, & egredi. Sed si eo tempore sub prætextu extinguendi ignem aliquid surripiat, abscondat, aut furatus sit, restituere omnino debet, intra annum alioquin tenebitur in quadruplum, intra annū in simplum. & criminaliter tanquam fur & latro conueniri poterit l. in eum & ibi Bald. C. de fur. Spec. in titu. de raptor. vbi plura in hac contingentia facti, & si pro parte vicini aliquid factum erit ad effectū damni evitandi principaliter, & in consequentiā damnum afferat vicino suo, in cuius domo est incendium, is excusabitur, quoniam metus incendij dicitur iustus metus Specul. titu. de depos. §. 2. in fin. Salyc. in leg. qui fortuitis. Cod. de pig. actio, & ideo vicinus iustum habet causam feren di aquam in suam domum, quando ignis comburit, domum alterius vicini, & satis in ore vulgi ita dici solet, nec prætextu vicinitatis; vel amicitia tenetur de iure humano propria bona exponere periculis pro adiuuando vicino, vel amico caue. Hinc Pericles Atheniensis scriptum relinquit amicis usque ad aras, quem in propos. refert Tiraq. de pgn. temp. cauf. 22. sub nume. 88. & nume. 87. refert Cic. dictum libr. de amicit. Si qua fortuna acciderit, vt minus iuste amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum, aut caput, aut fama agatur, declinandum est de via modo, ne summa turpitudo sequatur, est enim quatenus amicitia venia dari possit, verum ipse Tullius Cicer, melius cogitandi ab hac sententia discessit, nullam enim, ait, esse excusationem peccati, si amici causa peccaueris, hancque primam in amicitia legem sanctuerat, vt neque rogemus, restupes, neque faciamus rogati hæc ille vnde sequitur illud, ab amicis honesta peramus. At charitate christiana pro salute amici, & proximi, & vitam exponere debemus, animam vero Deo seruandam Paul. 2. Corint. cap. 11. ad Galat. cap. 5. ad Roman. capit. 13. & qui pro Deo perdidit animam suam in hoc sæculo inueniet eam in Paradiso secundum Luc. cap. 9. & Tiraquel. loc. cit. cauf. 23. nume. 4. recenset dictum Hesiod. quod quemadmodum, ex bonis probisque vicinis multa nobis commoda, & oblectamenta proueniunt non secus atque consanguineis, & amicis, sic & ab improbris multa quotidie in commoda, aut detrita menta oriuntur. Et si latenter nocere non valet patenter domum nostram fumo obsecrare quod tamen tempo e nuptiatum tollerandum est per Angel. & Castren. in l. quædam liberos. ff. de ser. vrb. præd. refert Cæpol. cod. titu. de Camino nu. 6. si modo fueris unus, ex iniuriantis pro ut urbanitas ac ciuilis conuersatio exposcit, vt tener Tiraq. loc. cit. cauf. 22. nume. 75. glo. si denunciationem

in fi. C. de nuptijs. At sunt præfecto quidam amici qui verbis alium amicum vocant, & esse (aiū) vnum de familia & domo sua, sed tempore latitia amicus est de domo sicut Propholus hoc est batiporat quod stat de foris, in ostio donec domus.

Et scias quod vbi non est rigor correctio disciplinæ clericorum vitam, honestas, & religio dissipantur vt per Domin. de Sancto Geminiano post sua const. in quodā sermone ad clerum circ. princ. Nam peccata clericorum & aliarum personarum in dignitate constitutatum sunt maiora quanto enim quis est præstantior alijs, tanto magis excellentior, & honestior esse debet vt in authentic. de defensor. ciuit. §. si vero quædam col. 3. Nauar. confess. cap. 23. num. 607. usque ad num. 151. & in puncto per Seraph. Cas. conscient. 107. vbi peccata grauiora esse in Religiosis tribus modis ait, primo quando sunt contra tria vota, vt de peccato luxuriæ contra castitatem, furti contra paupertatem, & in obedientiæ, contra obedientiam secundo si in contemptum diuinæ bonitatis peccent, nam ingratitude eorum magis aggravat tertio quando scandalum obuenient eorum culpa, nam ipsi appellantur sed sapientiæ, & lucerna super candelabrum ab Euangel. Matth. c. 5. & S. August. ad Hippoens ait ex quo Dei seruite cepi, quomodo difficile sum expertus meliores quam qui in monasterijs profecerunt, ita non sum expertus peccatores, quā qui in monasterijs ceciderunt. Et Seraphyn. cas. 29. tractat qui nam maius peccatum facit Adam, an Èva.

* Attamen propter infirmitatem carnis, & imbecillitatem spiritus non sunt exclusi à diuina misericordia si penitentia ducti, recipiscant, non enim veni vocare iustos, sed peccatores exceptis peccantibus in Spiritum Sanctum Marc. 10. Luc. 12. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis remittetur illi si autem in Spiritu sanctum blasphemauerit non remittetur ei vi. Nauar. loc. cit. Qui sunt nobiles si delinquant id prouenit a peccatis eorum, si ignobiles, à praua eorum natura delinquunt.

Verum indiscretæ mortificationes sunt dannata pulchre Elalias c. 5. 7. quando sunt impedimentoo cure, & officio debito tam in laicis, quam in Ecclesiasticis vt per Seraph. cas. conscient. 27. Nam moderata durant, & medium tenuere beatiani. 76. in authentic. de consul. cir. princ. & officium & discretio pare passu ambulant vt p. 1. nume. 127. p. 5. nume. 37. & sic æquitas respuit summum vigorem.

Similiter circa iejunium quia si quis fit infirmus, imbecillis, minor, senex, lactans, viator, operarius, & huiusmodi ij omnes excusat de æquitate canonica, vt per Nauar. & Seraph. tit. de iejunio, & cas. 44. ac omnes alios summi stas, & in diebus. Quadragesimalibus toties quoties quis sine licentia comedit oua, caseum, & carneum toties peccat mortaliter vnde si decem vices in una de comediat vetita facit 10. peccata mortalia, se vero edat non vetita, tunc rupere dicitur iejunium sed non comimit nisi vnum peccatum, quam vis plures in vna die edat, dummodi id non faciet in contemptum, vt ibi bibere autem non sumptuit iejunium nisi immoderata id fiat Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 14. artic. primo & in sum. in verb. iejunium vbi plura occurrentia in materia iejunij explicantur. Proxima prædictis est tractatio nunquid, illi qui concubinam, tenet toties pec-

peccat quoties consensit peccato, cum ea uel animo delectat. illam habere, quae est delectatio mortua apud Theolog. & dicitur, quod sic non tam continuo peccat: nam non semper habet (ut fertur) animum in patinis, sed quandoque alii quid boni facit. est bene verum quod manet coti nro in peccato mortali, & quod aliud animum vertat, donec illam pœnitentia non dimiserit vi. Nauarr. confess. cap. tertio nume. 15. capit. 16. nume. decimo, Seraph. Cas. conscient. 46. vbi examinat casum de eo qui rem inuitu domino tenet.

In æquitate, & benignitate Dei permittitur, quod quis possit secundum presentem iustitiam, non tantum pro suis culpis circa pœnas temporarias, quæ residuae sunt, ut ait Couaruu. & remissis peccatis de condigno, & rigore iustitiae satisfacere secundum Thom. 1.2. quæst. 114. articu. 6. Pau. 2. ad Cor. c. 5. & Apocaly. cap. 14. quos allegat Couaruu. in prior. par. relect. §. 4. sub numero. sexto, sed etiam eodem iure quis potest pro alienis supplere, modo qui supplet, & illi qui supplet sint in gratia Dei secundum Thom. & alios. in quarta sentent. distin. 15. Apostol. 1. ad Cor. c. 8. vbi ait ex. qualitate in praesenti tempore uestra abundantia illorum, scilicet pauperum ministrorum Christi inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, abundantia namque Corinthij temporalibus bonis, ægredi vero erant in spiritualibus è diuerso ministri Christi spiritualibus abundabant egentes terrenis.

Adhoc vi. authoritates quas allegat Couaruu. loco citato, & me remitto determinationi S. Matris Ecclesie suffragari enim possumus alteri in gratia Dei ideoque alter alterius onera portare debemus, & in ecclesia quæ est communio fidelium communicare adiuuicem debemus, sed qui potest facere de se, & ex se, non expectat supplicatio nem alterius: nam dum tempus habemus operemur bonum, & qui potest benefacere pro se, & pro alijs dupliciter facit, & qui vult vivere sibi, alteri quoque viuet, ut ait Seneca relatus a Bald. in liberti. num. 7. C. de oper. liber. est enim maximum charitatis exercitium.

AEQUITAS IN IURE, POST- liminij. Cap. XIII.

EN iure postliminij æquitas locum habet, & retrodatione, & restitutione, & huiusmodi in quibus cadit fictio l. de nomine, ff. ex quibus cau. major. Barto. in repe. l. si is qui pro emptore. in tertio oppos. & ibi Saler. sub nume. 41. ff. de usucap. Rot. Bo no. Decis. 47. nume. 21. At æquitas naturalis non patitur fictionem eius quod esse non potest. Affect. de feu. titu. de natur. succeden. in rubr. num. decimonono, & aliquando fictiosine æquitate stare potest. Quoniam posita æquitate, non sequitur necessario, quod sit posita fictio, ut declarat Maph. loco cit. vbi plura exempla afferit, ut puta de usucapione, in peculiariis, in testamento apud hostes, & in restitutione deportati, qui toto posse defendit op. Barto. in dicta l. is qui pro emptore. in secundo, & tertio oppos. & in indulgentia,

& restitutione Principi Dœcia. de delict. tomo primo, lib. tertio, de abolit. catt. 119. numero 47. 332 circa reg. illam, an concessio uno, utique censeatur concessum reliquum. dicens quod si quis per indulgentiam est liberatus à pœna confisicationis bonorum, & si remissa est pœna relegationis, tam actiones non intelliguntur restituere ex causa bonorum. publicatorum: nam iura, & actiones appellatione bonorum per extensionem veniunt, & non propriæ, & veræ, l. Bonorum, de verborum significationibus, & quod indulgentia concessa filio deportato, illum patriæ potestati, non restituit. Similiter nec seruus in metallum damnatus, & restitutus, amplius in potestate Domini, non reincidit, & ad hæc vi. Sfor. Odd. tracta. de restitut. in integrum quæstio. 93. 94. per tot.

333 Hinc ad tritemes damnavi, ut Galeoti Christiani nostri temporis, si ab hostibus capiantur, & rursus à tritemibus Christianis recapiuntur. per l. in Bello. §. deportatum de capt. & postlim. reuer. remanent liberi pœnitentia, hoc summa benignitate, & æquitate suadente, amoto rigore. Quoniam a priuatione ad habitum non datur regressus fauore libertatis, l. qui res. §. aream. ff. de solut. l. post diem. de leg. commissor. secus in reb. vt inf. nu. 384.

* Et sicut licet eximere iniustè captum quando via iudicis, esset periculosa, periculumque esset in mora, ut latè in secunda parte, & hic adde Anan. consil. 94. in addi. Ludou. Bolog. vbi quomodo quis iuste, vel iniustè captus dicatur, ita etiam capere captum ab hostibus fidei, licitum est, rapina, vi, vel alio modo non sic de rebus tenet Sanct. Thom. secunda, secundæ, quæst. 66. articu. octauo, & refert Seraph. cas. conscient. trigesima quinta, & ratio assignatur: quia agitur de periculo animæ, dum fidelis apud infideles moratur, unde cum anima sit præferenda cunctis rebus. l. sanctus. §. pen. Cod. de sacr. sanct. eccles. & continuo patitur. Merito est coadiuanda, & faveendum est ei, non sic de rebus contingit, vi. Couaruu. variar. resolut. titu. de consuetu. §. vndecimo, numero sexto, & infra sub nume. 384. versicu. Hinc. Similiter Hebraeus factus Christianus non debet fauore religionis puniti de delictis per eum commissis dum erat Iudeus, ut pulchre per D. Pet. Cabal. cas. crim. 113. & 140. summ. Ang. in ver. Iudeus.

Rursus Pater deportatus im petrata indulgentia non recuperat patriam potestatem in filium, & quamvis rescriptum benignum sit, per quod tollitur pœna criminalis, tamen non intelligitur esse remissum interesse, partis vel ius tertij, ut supra nume. 313. & dixi in 4. pat. vbi de pœnatum compositionibus multa dixi.

334 Nec per remissionem pœna statutarie ob delictum, non intelligitur remissa illa pœna, seu satisfactione debita parti ob maculam honoris, & famæ, vel infamie, per supradicta hinc dicitur honorem meum nemini dabo, & malè dictus, qui negligit famam suam. & facit text. in leg. in reprehendenda. Cod. de institu. & substitution. & quam difficilis sit hæc restitutio consulere Sac. Theolog. prædicta adeo vera sunt, ut nisi de ijs expresæ in rescripto, sententia, vel in alijs concessionibus dictum sit, non intelliguntur venire, vel comprehendendi, nisi æquitate scripta suadente. vi. Grammat. consil. quinquagesimo octavo, nume. decimo, qui vult quod hæc tria sint beni-

gnè interpretanda, videlicet; Indulgentia, rescriptum & gratia Dec. dict. leg. in omnibus quidem de reg. iur. vbi in privilegijs, beneficijs, & dispensationibus Principum, dicit latam fieri debere interpretationem, tum ex verborum proprietate (quamvis versetur in materia stricta vel odiosa) tum ex humanitate, & benignitate, ac aequitate, quando iuri tertij præjudicium non auferitur ad trad. per scrib. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Dec. & Cagnol. in l. in condemnatione. §. 1. de reg. iur.

Et quando id quod non est expressum est separatum ab espresso, vel maius espresso ut per supradictos Doct. & vi. Anch. & Felin. in cap. cum M. col. 9. cir. princ. de constitut. Dy. & ibi Addit. in c. accessorium de reg. iur. in 6. & Ias. in l. beneficium num. 3. 1. & 32. ff. de constitut. princip. Albert. Bru. tract. de augmento conclus. 9. nume. 1. cum sequen. & in conclus. 13. quem omnino vide & Sforz. Od. De restitu. in integr. par. 2. quest. 93. & 94. vbi infert in hoc ad multa, & quotiescumque aliquid conceditur semper intelliguntur concessa ea omnia sine quibus concessio redideretur vana & nulla vt. leg. secunda. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & ibi circa iurisdictionem, quæ in ipsa veniunt, aut intelliguntur concessa. leg. si iter. ff. de seruitu. tit. general. vbi circa servitatem, quæ duo de se sunt stricti iuris scrib. in Rubr. eo. tit.

Et nota est quod in qualibet concessionem, nunquam admittenda sunt ea quæ repugnant aequitati: nam æquum & iniquum simul stare non possunt vt alias dixi, & Machrob. libro septimo capitul. quarto in saturnal. segregat aequitatem & inæquitatem tanquam opposita & Cicer. libro primo offic. similiter hæc dicit. Quid dubites, sit æquum vel iniquum, & alibi de quibus per Tiraquel. de retract. consanguin. §. 35. glos. prima nume. sexto cir. fin. Sed in mat. exorbitanti, & odiosa concessio eo quod est maius non censetur concessum quod est minus: nam si licet occidere bannitum, tamen non licet eum torqueri, nec in carcерem deueneri priuato, Mantua. sing. 289. ratio est quia in exorbitantibus non fit extensis. vt dixi in quarta parte sub nume. 478. maxime in casu isto in quo solum consideratur vicia ratio, vt extirpentur tales scelesti funditus, & ideo bene ac diligenter sunt ponderanda verba statuti, aut banni, & in penis imponendis fictiones non attenduntur nec pro, nec contra, sed ipsa veritas. Bologn. consil. 33. nume. decimoquinto & decimosexto.

337. Haec tenus vidimus qualiter aequitas, in multis locis maximè locum habet, nec omnia explicari potuerunt, nam esset nimis prolixum opus, nimis magnum volumen, satis est quod ex deductis non deducta decidi facillime poterunt. iux. tex. l. Papianus. de minor.

* Nunc de rigore pariter dicendum est, quippe qui in multis quoque locum habet, sicut omne directum, habet post se obliquum, & sicut directum est favorabilius obliquum. leg. fin. vbi Bal. Codic. qui manu. non post. ita aequitas & favorabilius rigore. dict. leg. in omnibus cum multis simil. de regul. iur. leg. si tibi pecuniam in fin. ff. si cert. pet. leg. si tibi. ff. de donat. & satis supra declaratum est, tamen directum facilius obliquatur quam econtra, leg. Scæuola. ad Trebellian. leg. verbis vbi glo. & leg. cohæredi. §. cum filia.

ff. de vulg. & sic hodiernis temporibus contingit ob duritiam cordis hominum circa aequitatem. Multa enim per obliquum conceduntur & fiunt, quæ directo non fiunt, nec per directum conceduntur. vt l. 1. ff. de autho. tuto.

Rigor igitur locum habet quando pro eo vertitur publica, utilitas, commune bonum, & malo exemplo succurritur, vt iam dictum fuit sub num. ... & in prima part. sub nume. 62. 67. & sequen. & in tercia parte sub nume. 113. & in secunda par. sub nume. 304. & p. quarta sub num. 85. & sequen. Iudex igitur rigorosus esse debet pro publica utilitate, sed iustus, fortis, & patiens, qui irasci non debet, sed zelo iustitia & freuis moueri debet. Psalm. 7. alioquin, ira parturit iniustiam, concipit dolorem, & parit iniquitatem eo. Psalm. 7.

Secundo vbi ageretur de Religione erga Deum, & simul de pietate erga homines magis est pro rigore iudicandum, quia zelus domini me comedit me, ps.... & causa Religionis semper est anteponenda causæ status vt alias dixi, & latius infra dicam.

DE PRAEDICAMENTO, quantitatis.

388 N prædicamento quantitatis statera nostra locum habet: nam secundum Aristot. maximè proprium quantitatis est, æquale, vel inæquale dici, vt ait quoque Titelm. super Dialect. libr. 2. codem prædicamento capit. 32. de quibus æqualitatibus, vel inæqualitatibus loquar in tertio prædicamento qualitatis.

339 Modò sic speculativi dico quod omnia in pondere, numero, & mensura consistunt ut in Leuitic. capit. 19. lit. g. & in Deuter. capit. 25. lit. d. dixi supra in princ. huius 6. par. & in pondere, numero, & mensura æquitas locum habet iux. d. l. in omnibus quidem de regul. iur. verum secundum legales terminos qui omne dicit nullum excludit vt not. glo. in l. à procuratore C. manda.

2. C de hær. institu. cum simil. ideoque in verbis, 340 & operibus hæc tria supra dicta esse debent, si ne quibus æquitas locum non habet in verbis, & operibus, quia iustum & æquum in eis esse oportet Hipp. de Mars. sing. 680. incip. dicit vulgare prouerbium. Cauendum esse ne in quantitate sint iniquitas, periculum, & inordinatus modulus cum melius sit patua cautæ & cœquæ agere,

341 quam multis interesse periculis, in authent. de tabellio. cir. med. colum. quarta felix, quem faciunt aliena pericula cautum, nam experientia docet, quod in multiloquio non deest peccatum propter super abundantiam verborum ex quibus à prouocatis ad iram sapè super dorsum vel facie loquacis responsio scribitur baculo, aut ferro, & sapè iactantia, superbia, propria existimatio, & murmur sunt in artua, & in multiudine negotiorum præcipitanter expeditorum sapè ius iustitia, & æquitas periclitantur, & partes læsionem probabiliter patiuntur, quando non ponderentur numerentur, & mensurentur quoniā quod nō est ponde-



343 ponderatum dicitur iniustum. Quia de re statera æquiratis sit in verbis ne officias, sed prius cogites, quam loquaris, nimis enim festinatum non potest dici æquè bene ponderatum: Amad. de syndic. nume. 144. ubi inuehit contra iudices qui malunt expedire festinanter, quam lente sed prudenter porro præcipitatio est nouerca omnium malorum, omnia ruat, omnia confundit, omnia dissipat, & quo ad Principem perniciissima res est nimia credulitas, ex quo est

344 mater præcipitationis, oportet enim omnia fano est maturo consilio deliberare, alioquin iustus pro peccatore sæpe pœnitentiam agit, nec pœnitentia, iam factum tollitur. leg. in bello. §. facta. ff. de capt. & post lim. reuers. aduertat ergo Princeps. ne festinanter omnia credat, nec omnibus ut ait Iuriscons. in leg. fin. in princ. Codic. de accusat. sed omnia suauiter disponere debet libramine Iustitiae & æquitatis, ita & taliter, quod dici possit, iussio tua, vel virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt psalm. 28.

345 Nec aliquis sit tam audax, aut temerarius, qui attenter coram Principe mendacia dicere, alioquin indignationem eius incurrit. tot. titu.

Codic. de præ Imper. offer. & de in 1. pat. num. 259. & sequen. Petr. Caball. in suis bene digestis casibus crimin. cas. 30. & is mendax precursor & carebit impetratis, ut ibi, & in cæteris veris non creditur ei, Bologn. consil. tertio nume. 80. dixi in tertia par. nume. 87. & 174. At si quis suæ natura bonorum motum per incutiam, mendacium dixerit nihilominus excusandus erit quia in eo non præsumitur dolus gloss. in capit. Super literis de ref. nisi multiplicauerit in mendacijs quia reiteratio delicti arguit dolum vide in quarta parte sub nume. 110. Veruntamen non de sunt multi audaces & temerarij nequaquam ponderantes, neque mensurantes verba antequam ex ore eorum prodeant, imo reor decipi ab illis qui decipientum moderatores esse deberent, at econtra valde perniciosum ac prædiciale est impedire subditos ne alloquatur Principem, ne illi veritatem dicant, & inconvenientia patefiant, heu pro dolor, quoniam quisquis aquam ad suum molendinum satagit ducere, & subditi sæpe rupto capite, vel vacuo maulo manent in consulto Principe, & vndeque angustiae.

346 Et illa consilia verè amplectenda sunt, quæ quæst. quinta, nec in ponderata prudenter, & quæ christiana & religioni magis fauent, at illa quæ callicitati, & astutia adhærent, respuenta sunt, nam ex illis iustum, & æquum, ex istis malum evenit, ut no. in l. 1. ff. de ventr. inspic. l. iustitia. ff. de iust. & iur. religiosæque fiunt, quæ religioni adhærent. l. rationis. l. non epistolis. l. non nudis. C. de probat. & in propos. vi. quæ dixi supra sub nume. 213. in fi.

347 Prudentia est in consilio in rebus exhibendis bona, & mala discernere, & omnia quæ in humana vita diligenda, fugienda sunt præsentibus bonis omnibus honestè uti, benè consuescere, opportunitates percalletere, sermones, & opera sagaciter vti rerum omnium vilium habere experientiam, & memoriam: Nam.

348 Religio est diuinæ naturæ cultum, & ceremonias offert, animos componit, mores ostendit, & vnum tantum finem ampletitur iuste, ac piæ vivendi, cui opponitur supersticio, & Dei neglectus, de hac materia religionis infra latius dicam sub nume. 499.

349 At ne credas quod astutia de se mala sit, immo appellatur virtus naturalis iudicis expurgati, & cauti, astutia enim est vis mentis, qua rebus industrijs cautum captatur cōsilium, acutè dispicitur, atque iudicatur, quid bonum, quid malum, quid utile, quid incommodum sit, sed tunc virtutæ nomen assumit, cum in malum se se contulerit, hæc apud Georg. a Vall. plac. de rebus experten. & fug. libro 41. cap. 1.

350 Iudices summopere verba ponderare debent, tam in proferendo de more, quam in scriptis redigendo, ne cum rubore, se retractare valeant iuxta cap. miramur. 60. distin. nescit enim vox emissa reuerti. & melius est peccate in tempore, quam in sententia, & melius est iura intacta seruari, quam post causam vulneratam remedium querere, vt not. in l. fin. C. quibus cau. restitu. & l. prima, C. vnicuique lic. nihilominus, sanctius mutare propositum in melius. l. non nunquam, ff. de collat. bonor. cum simil. quia angelicum est emendare quod humana fragilitate erratum reperitur, sed id verum re adhuc integra tempore congruo, durante iurisdictione, & instantia adhuc vidente.

351 Non minus sunt dicta testimonia ponderanda, & diligenter examinanda ab ipso iudice, qui tritina iustitia in manibus suis tenet. l. tu scire magis debes, quæ est 3. de test. cap. iudicantem tertio quæst. quinta, nec in manibus actuarij trutina stare debet vt adueti in pract. de test. parte quinta, nume. 3.

352 Et diuinis scripturis admonemur vti nedum iustis verbis, & rectè, ac prudenter loqui, vt 50. distinctio. capitu. ponderer. Nam iusta ab iniustis impetrare non licet. Iusta autem ab iniustis petere, incipientia est. Plaut. in Amph. sed & factis & operibus simul. Vnde prohibitum est falsis vti ponderibus, & mensuris, & talia penes se tenens efficiunt reus pœna. vt Genes. capitu. decimonono, & Deuterono. capitu. vigesimoquinto, ibi non habebis in sæculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi. & pondus iniquitatis in manu Chanaam ab hominabilis. Chanaam enim fuit vit iniquus, & dolosus, qui à Deo maledictus fuit. Genes. dicto capit. decimonono. vnde a viro iniquo, & doloso liberet nos Deus. psalm. quadragesimo secundo. Heu heu quot Chanaam, quot quantique mercatores, & artifices, Iudices, Aduocati, Procuratores, iniuriam statueram in manibus suis tenentes, & falsis ponderibus, & mensuris utentes, & dicentes, diues effectus sum, inueni idolum mihi omnes labores meri non inuenient mihi iniquitatem, quam peccavi. Oseæ. capitu. duodecimo, lit. b. & c. huiusmodi eo quod lævius est pro se, & grauius pro alio vtruntur, & grauiter puniendi. vigesima quarta distinct. non afferamus, & scriptura pro-

353 hibet, non solum vti, utrum etiam, nec teneri licet non utrantur: nam nocere possunt, argu. authentic. si uero. C. de instru. cautel. & fid. nec aliquid boni patere possunt, & sunt de genere prohibitorum. toto titu. ff. si mensur. fals. mod. dixer. secus de armis: quia licet usus earum sit prohibitus. in C. ut armor. usus lib. decimo, & in authen. de armis, tamen domi retineti possunt, intellige de armis ordinarijs, non autem de pistolis, stiletis, & huiusmodi, diabolicis instrumentis, alia uero teneri possunt pro tuitione domus, & patriæ suæ.

354 Et de iure ciuili qui falsis ponderibus & mensuris vtuntur, vel illa alijs accommodant, tenentur tanquam falsarij, vti fures, & dolosi punienti sunt. l. in arbitrio. vbi glo. ff. de dol. mal. & not. in Lannonam. ff. de extraor. crim. & pena legis.

Cor. de falsis est, publicatio bonorum cum deportatione, Abb. in cap. 2. num. 1. de empt. & vendi.

355 legiturque apud Romanos de numa Pompilio qui dedit populo alios ligneos, & scorteos, mox pondus aeris numero librarium tantum signato, ne, scilicet vlla fraus posset numinis vtiandi adhiberi. Quod numus primum a saturno in latio percussisse rudem æneum, quo populus Romanus mox vslus est, vsque ad Pytri Regis tempora, inde argentum exceptum est signari, verum post victoriam de chartagine habitam percussit aureum numum. hæc apud Hiero. per bo. in suo tract. Ouiliar. libr. 23. de iustitia, sic apud Prætianum seruari, ait Decia. valde Histriographus. in dicto suo trac. de delict. tom. 2. lib. 7. tit. de atroc. & sing. crim. fals. monet. nu. 1.

356 Et nostris temporibus ad evitandum prauum vslus numorum, & monetarum adulterinatum factum est Romæ vt cudantur numi eris duntaxat, tanti ponderis dicti aeris valoris quadrantis, & vt pro uno quadrante impendantur, æquitas enim amat inæqualium res ad æqualitatem, & securitatem redigere. Hinc facit quod ait Bal. in l. liber. ti libertate. col. 1. sub nu. 4. in fi. C. de bo. libert. vbi de rustico, qui audacter dicit tantum valere

357 denarium suum, quantum valet denarius Regis, sed mehercule decipitur, quia Rex cum uno aureo emittit duplum, pauper vero dimidium. & ideo dici solet, la libra del pouero non vale tanto quanto quella del riccho, hor de tondentibus, fabricantibus, vel expendentibus falsam monetam late scriptis D. Decia. loc. supra cit. ad quem me pro nunc remitto.

358 Sed quo ad annonam illi vere dicuntur de fraudare annonam, qui falsis ponderibus, & mensuris vtuntur, idem Decia. tit. de fraud. annon. libr. 7. tit. 22. nu. 20. & seq. est tit. C. de anno. & tribut. cum plur. alijs tit. seq. lib. 10. & exportantes contra deuetum non soluentes gabellam dicuntur fraudatores annonæ ex quo prohibitions extahendi fiunt ob vberatem conseruandam, vt per Clar. §. fin. q. 82. iur. statutum septimo, & fraudant fiscum, vt supra dixi sub nu. 155. ver. & nota, & ij qui curam annonæ habent arctare possunt ad vendendum tantam quantitatem pro tali pre-

359 tio, pro ut æquum esse videtur ob bonum publicum, vt inquit Decia. loc. cit. & dixi sup. sub nu. 255. versi. quo ad secundam.

360 Quantitas autem debita ex pacto & conventione redacta ad pondus, numerum, & mensuram, tunc an sit tota aut diminuta refertur ad pondus, vel ad numerum, aut ad mensuram, qua de re iustis ponderibus, calculis, & mensuris vtendum est. S. Thom. 1. 2. qu. 90. art. 1. & in adagio dicitur 361 pesa, & misura, giusto, & caro vendi, pro hoc facit illud pacto conuenisti tecum, dum modo læsio non sit in pretio, videmus enim quod si pretium, rei venditæ erit minus, aut plus dimidiat iusti & veri pretij quod rescinditur contractus. l. 2. C. de rescin. ven. & qualiter, hæc læsio in re vel 362 pretio sit intelligenda, ultra alios in d. l. 2. vi. pulchre per Gomes. var. resol. tit. de empt. & vendit. sub nu. 2. vbi apprimè loquitur, æquitas enim non patitur ut quis locupletetur cum aliena iactura c. locuplectari, & l. non debet de reg. iur. & ideo ius diuinum non admittit, vt contrahentes se de-

cipient etiam infia dimidiā iusti pretij quod in foro conscientia non habet dubium, ut luculent. ter explicat Iodoc. Damhouder. tract. de subasta. c. 5. sub nu. 25. 26. 27. & seq.

363 Nec æquitas permittit quod si res semel uniuere vendita fuerit quod alteri vendatur, leg. qui duobus, ff. de fals. Bar. in l. si quis. §. sed & si. de pignor. minusque licet ei emere rem, quam scit alteri venditam fuisse. Clar. §. falsum. vers. vendens. vbi addit. nu. 228. limitans tribus modis. Porc. in suis comm. conclus. Reg. 40. Fabia. de emptio. & vend. in 2. q. princ. sicuti æquitas non patitur rem obligari duobus, alioquin rigor ijs casibus succurrit. l. 3. ff. de cri. stellio. & pena criminis stellionatus, qui taliter obligat, incurrit.

364 Præterea si quis scienter vnam rem pro alia, vtputa miscendo, uel sub dolis artibus conflans auriculum pro auro uendendo tenet eadem pena l. 3. de cri. stellio. & per D. Petr. Caball. cas. eti. 177. num. 5. & alias de hac re locutus sum, sed si quis ignoranter emerit similia, & bona fide ueniderit, tunc mala fides authoris nequaquam ei nocere non debet. ut sup. nu. 199.

365 **P**ena autem falsæ mensuræ, & falsi mensoris habetur in d. l. 1. C. si mensor. fals. mod. dixer. Abbas in ca. mensuræ de emptio. & uenditio. dicens quod triginta diebus in pane, & aqua ieunare debet, ut tenet Host. in sum. de penit. & Barto. in l. modios. C. de susceptor. & Archa. libr. 10. & in l. arbitrio. de dol. & ait de iure ciuili penam fuisse. 20. aureorum, iux. l. 2. ff. ad leg. Iul. de anno. & falsi mensores, aut relegantur, aut deportantur, l. annona, ff. de extraor. crim. Decia. d. titu. de frau. aut onerat. anno. libr. 7. nume. 47. & sequentib. tom. 2.

366 Verum ne quis valeat prætendere ignorantia communis vslus obseruat, quod pondera, & mensura justa in publicis locis affixa sint, inibi que cetera priuatorum pondera & mensurae iustificantur, quod etiam not. Ang. in auth. de collat. §. sin autem collat. 9. & Eutropius ait quod

367 Fidonatagellis pondera, & mensuras reperit, de quo meminit Bertach. in verb. mensura, equidem omnium rerum mensura est æquitas quæ amat ut inæqualia ad æqualitatem redigantur, & æqualitas cum mensura communi conueniat ut per Hieron. per bo. d. tract. Ouill. libr. 23. de iustitia.

368 Et non solum mensurantur res mobiles, verum etiam immobiles pro quibus eliguntur agri mensores publici. de quibus in d. l. 1. C. si mensor. fals. mod. dix. & multum differt vendere rem

369 ad corpus, vel ad mensuram, vt dixi nu. 277. pri mò casu venditor non cogitur tradere toti jugera, quot instrumentum dicit, quando pretium est vnicum tantum super tota re, & non constituit ad rationem tanti pro qualibet canella, vel iugere, cultra, vel pertica, ita docet Bart. in l. Julianus. §. si Titius. ff. de act. empt. cum alijs de quibus late dixi supra sub nu. 235. vers. Præterea qui vendit, & vers. Præterea multum differt emere rem ad corpus, vel ad mensuram & ibi par tot multa tradidi, in materia venditionis, & enormis læsionis. & de Alluuiione, & augmento. & diminutione per Georg. Vall. d. tract. de reb. experten. & fug. lib. 13. & 14. Et nedum consistit in pondere & mensura, sed & in numero, vt æquitas locū habeat: nam excessus in numero non vitiat, sed deficitia. l. non sunt liberi. ff. de stat. ho. l. testamē tum. C. qui testa. fac. poss. & in propos. Signorol. consi. 17. vbi infert ad multa, & quando defectus est

371 est in numero duæ insurgunt regulæ, vna quod in maiori summa in sit minot. iux. l. 3. §. si quis plus. ff. de alimen. & cib. leg. & in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbis. obligat. vbi Ias. ampliat quatuor modis, & limitat septem modis colum. 3. & vide Causalcan. Decisio. 20. nume. 18. & Decis. 46. nume. 175. part. 1. vbi in depositione testium, & in numero dixi, in præc. de test. par. 2. 372 num. 146. & 197. Altera Regula est, quod utile per inutile non vitiatur de æquitate in individuis de quo per Caball. milleloq. 162. par. prima & milleloq. 240. dixi in 3. part. nume. 304. & in præc. de test. nu. 87. par. 1. & nu. 68. part. 3. & per Causalca. Decis. 13. num. 36. cum mult. seq. par. 2. vbi in contractibus à iure permisissi, si adsit aliquis defectus, dummodo mens non sit in totum depranata utile per inutile non vitiatur, quia in 373 modico nulla ferè ratio habeti solet. l. eleganter. §. ult. ff. de dol. & modicum non habetur in consideratione vbi non agitur de gravi præiudicio, & procedit secundum æquitatem, Corset. tract. de pater. reg. & de minimis adduct. à Causalca. Decis. 22. nu. 37. par. 2. At secundum rigorem caue, quia modicum consideratur, vnde quia deficit in uno numero tenetur luete in corpus, sic per Tiraq. de retrac. couent. §. 4. glo. 6. num. 28. tamen æquitas temperat quia de modico non curat prætor arg. leg. si fideiustor. §. quid tamen. ff. manda. cap. Imperiale vbi Afflict. de feud. alie. per Feder.

374 Hinc dixi in 2. par. quod modica carceratio non dicitur carceratio, & quod modica tortura non dicitur tortura in 3. par. num. 197. & modica scissura non dicitur vulnus in 4. par. num. 151. maxime quando non est opus medico Causalca. Decis. 22. nu. 36. p. 2. & modica morta non dicitur morta in 5. par. nu. 257. & per Tiraq. latissime in tract. de Iudic. in reb. exiguis. nu. 21. Menoch. cas. 553. centur. 6. de arb. & quando contumacia est modica, utique pena modica esse debet. l. respiciendum & l. sancimus de pen. text. in c. ex literis de constitut. vbi Felin. ampliat dupliciter. & duobus quoque modis limitat pulchrè Bar. in l. si adulterium. ff. de adulter. At modicum facilè excusat, nisi ex qualitatibus aggrauetur, prout consideratum fuit in prima par. num. 197. sicuti exiguum furtum non est punibile quando ex urgenti necessitate fit. c. si quis propter necessitatem de furt. & modicum furari permisum est vt in Deuteron. cap. 23. & 24. de viuis, & spicis tritici alienis auferri posse & in nouo testamento ob necessitatem, & non aliter id quoque permittit Luc. Evangel. capit. 6. & sic in foro conscientia Nauar. Manual. confess. capit. 17. nume. 3. vbi allegat Caeteran. 2. 2. quæstio. 66. art. 6. dummodo animo lucrandi id non fiat vt ibi nec ad alium finem nisi vt siue necessitatibus succurrat ne 375 fame pereat. Sed si ad pinguiorem fortunam deuenit, tunc restituere tenetur, num. 55. Sed de iure commu. paruum furtum putavimus Anseris, vel vnius Gallinae, non habetur in consideratione quando sit propter necessitatem nequam affectatam, l. naturalem, §. gallinarum, ff. de acq. rer. domi. Cæpol. de seruit. rustic. pred. tit. de Messe, & vindemia cap. 20. Mars. sing. 378. Bertazol. consil. 198. num. 1. & ibi Addit. quam necessitatem (in arbitrio iudicis iudicare) pendet Cassa. in Consuetu. Burg. car. 187. addit. ad Clar. §. furtum, num. 96. 97. & seq. & erit consideranda qualitas persona cui furtum, quamvis vnius gallinae) factum fuerit: nam Anus pauperima,

quæ de ouis venditis vitam suam sustentabat, magnum damnum reciperet, quia auferendo ab ea Gallinam, auferentur alimenta, & daretur causa morti illius, & is fur esset in culpa, l. vel necare, de alim. & cib. leg. ultra quod est pro ea tex. in §. Gallinarum, institu. de rer. diuis. licet il-

376 le tex. procedat quando quis animo lucrandi furatus sit gallinam, vt declarat Tiraq. d. trac. de Iudic. in Reb. exiguis factis. num. 114. & Bonifac. trac. de fur. cum ibi per eum adduc. in §. quod iure naturali, num. 44. & animo lucrandi, num. 18. & seq. & num. 98. vbi infert quod res aliena ioco surrepta, impunè surripere potest, per tex. l. illud relatum, §. sanè, in fin. ff. de iniur. & libell. famos. & adducit quædam poetice dicta. In

377 dubio tamen præsumitur quem potius habuisse animum lucrandi, quam aliter, l. i. C. ad leg. Cor. de sifar. ex quo dicitur dare operam rei illicitæ, rem alterius eo inuitu auferendo, §. 1. & 2. Institu. de oblig. quæ ex malef. nasc. & l. i. ff. de fur. Bonifac. vbi sup. num. 13. verum erit in arbitrio Iudicis totum pensare, & quod dictum est circa animum lucrandi etiam quid minimum fur non evadet penam, etiam quod vnicum ouum auferat, si malitiosè, & dolosè fecerit: nam consideratur quo animo, & quibus modis abstulerit, per glo. in d. §. Gallinarum, & per Bonifacium, de fur. d. §. animo lucrandi, num. 18. & seq. & 102. & in tantum hoc est verum, quod non excusat etiam si ob tale factum aliquid boni Reip. in consequentiā venire, vt puta si fur in area in qua furatus est, literas in daminum Reip. reperisset. Ancha. ca. 1. de constitut. & Benedic. in c. Raynatius, de testa. verum in practica aliter seruat, quoniam etiam Mariolis aliquid condonandum ob insigne seruitum factum (licet obiter) patriæ suæ, arg. l. ad bestias, ff. de pen. & per ea, quæ Bonifac. d. §. animo lucrandi, num. 24. dicit, & vi. Petr. Caball. Cas. Cri. 18. & 19. Farinac. de Indit. & tortur. q. 37. num. 116.

* Præterea quando quis parum, aut modicum furatus sit, ex quo magnum surripere nequivit, vt ait Bonifac. loc. cit. quia per eum non stetit, deditque vt supra operam rei illicitæ tenetur pena furti. Similiter quando cum modico furto concurret violatio pacis, §. quinque solidos, de pac. tenen. in vs. feudo. Ang. de malef. in vrb. & vestem cœlestem, vbi quoque Arim. & Doc. in auth. sed nouo iure, & ibi Cæpol. num. 11. 12. & 88. C. de ser. fug. quam auth. hodie in futibus non seruari de consuetudine testatur. Gand. tit. de fur. num. 10. relat. à Bonifac. in d. trac. de fur. §. Quod iure naturali, num. 22.

378 Insuper licet Domino à manibus furis rem furatam eripere, l. credidores, §. Dominus, ff. de fur. l. rem mibi in pñnc. ff. commo. Hoc sanè intellige quando sine scandalo, vel in facto ipso, vel quando iudicis copia haberi non potest, vel quando periculum est in mora, l. in condemnatione, §. vnicuique, de reg. iur. & quid si quis habens animum furandi certam rem, & vadit, sed antiquam furet, Dominus rem illam furi donet, & fur neficiat rem tunc sibi fuisse donatam, & fureteam: Nunquid is pena furti sit puniendus? Evidem iste est casus pulcherrimus & nouus, ac singularis, & resolutiè puniri non debet, vt tenet Lapp. Allegat. 71. num. 1. quod verum est in foro fori, quia in re propria furtum non potest committi, iux. illius definitionem, de qua in l. i. ff. de fur. & in §. furtum, Institu. de oblig. quæ ex quas delict. nasc. securis in foro poli, quoniam nam

nam mēchatus fuit in corde suo furandi remaltes-
tius, contra præceptum legis Diuinæ, vt in Deca-
log. præcept. 6. & 11.

* Infertur quoque quod Clericos non est irregu-
laris si generaliter fuerit interrogatus, quid de
furibus, & latronibus, homicidiarijs, & huius-
modi sceleribus fieri debet, & ipse generaliter
respondet quod tales suspendi debent, vel decapi-
tari, quia clericus per hanc responsonem non
dicitur habuisse animum versus certam, & deter-
minatam personam, sic tenet Iacob. de Bello-
uif. in eius præc. in Rubr. Quotuplic. sint causæ,
num. 201. Hic applicari potest unus casus con-
scientiæ, & est quod si alicui petatur an mulie-
res pulchriè placeant hominibus, vel an placeat
diuitem esse, non propterea respondens, aut in-
terrogans mēchati di cunctur, nec rem alterius op-
tare, quia hæc sunt amica naturæ, & sunt res in-
differentes, quæ secundum applicationem animi
sunt licite, aut illicite, bone, vel male, si ad certa
mulieris pulchritudinem quis animum appu-
lerit, vel ad certam rem alterius, tunc mēchatus
erit in corde suo, & peccatum fecisse dicitur, con-
tra præcept. 6. 9. & 11. ad hoc vi. S. Thom. 2. 2. q.
154. Nauai. & alios super dictis 10. præceptis,
cum alijs sum mixtis. Quib[us] me remitto.

Et in materia irregulariatis circa animum fu-
randi vi. quæ sup. dixi in 4. par. sub num. 196. ve-
runtam en, etiam quod quis præter intentionem
proximum occideret, dum dabat operam operi
illicitè non excusat[ur] à p[un]ca, & ab irregulari-
tate, secus, si dabat operam rei licet, quia hoc in
casu eriam quod diligentiam non adhibuerit ne
mors sequeretur, nihilominus non efficitur irregu-
laris glo. not. in c. continebatur, de homic. pul-
chriè Couart. var. resol. de irregular. §. 4. in princ.
par. 2. & limitatur, l. si putator, ad legem Aquil.
nisi dixerit, & acclamauerit cauè, cauè, & qui rei
naturali iure illicitè operam præstat adiuuando,
faciendo, vel consiliando, tenetur omnino, tam
iure Diuino. Paul. Apost. ad Rom. c. 1. sed etiam
iure humano, vi. inf. sub num. 601. verific. verun-
tamen, & quot modis irregularitatem incurra-
tur vi. in propos. Seraph. Cas. Consc. 43. & ex
prædictis collige, quod animus & intentio pro-
positum, ac opera, distinguunt maleficia, l. i. de
ficar. l. i. C. eo. Matl. conf. 25. & conf. 116. Gram-
mat. conf. 68.

279 Hinc etlet de repræsalij tractandum de qui-
bus latissime per Bar. in suo tract. de repræsal. &
meminit in materia furii, Bonifac. d. tract. de fur.
§. animo luci faciendi, sub num. 40. & aliqua te-
ugi supra in 1. par. sed pro nunc cum Bonifac. di-
cam quod repræsalia est facultas à Principe su-
periorum non recognoscente, subditis causa co-
gnita concessa, aduersus exteror[um] quosdam ad ma-
gnas res tepetendas, quæ tempore pacis vi publi-
ca ab exteris illis ablatae fuerunt, nec Principis
prædatoris superiorum non habentis iustitia suff-
ragante res suas consequi poslunt, vbi in prædicta
idem Bonifac. vi. num quodque istorum verbo-
rum. Verum vi experientia docet, repræsalia
solent permitti hodie quando inter utramque
Comunitatem diuersorum Dominorum su-
periores non habentium, de finibus disceptatur,
& bestiæ domestiæ retinentur, ac huiusmodi ex-
tera animalia, & segetes metuntur al. ea fœnum,
ac alia iuri sui politionis conferuandi causa,

281 At non decet pro facto præuatorum regulariter
concedere repræsalias, cum lis via ordinaria di-
menda sit, oram iudicibus quando illorum co-

pia haberi potest, & periculum non est in morta;
& si Iudices & Berroarij non sunt in uno loco,
sat est quod sint alio ad quos recurri possit, itaque
ex causa urgenti conceditur arrestatio quæ est re-
tentio sine manus iniectione: secus capere, vt per
Cardin. Clement. i. post glos. de Hæret. vi. Petr.
Pecc. tract. de iur. listen. & manuum iniect. qui
per 23. capitula materiam arresti explicat, & vi.
Io. Iacob. de Canibus in suo tracta. de repræsal. in
Rubr. sub num. 60. qui dicit quod etiam priva-
tis, & ex causa privata concedendas esse repræsa-
lias, & plures sunt casus: primus est quando Iu-
dex non vult, nec permittit iustum sententiam
alterius Iudicis exequi: secundus casus quando ne-
gat arbitrios concedere, nec ipse vult summam
iudicare in causis pupillorum, viduarum, & hu-
ijsmodi personarum: tertius casus est, quando co-
pia Iudicis non habetur, neque datur timenti po-
tentiam Aduersarij: quartus casus quando con-
tra sententiam notoriæ iniquam, petitur prouideri,
& nullo remedio prouidetur, sive à Iudice,
sive à Domino. 5. quando forensibus non succur-
rit contra statutum iniquum: sextus casus quan-
do Iesus est destitutus omni alio remedio, quia si
proprio marte rem, aut personam capiat impa-
382 nè facit: intellige sanè, vt in 2. par. sub num. 6.
Sed non licet capienti pertransire cum capto per
alienam iurisdictionem, quicquid sit in fauorem
iustitiae contra malefactores, sicuti non licet ma-
gistro militum milites per alienam prouinciam
mittere per transitum, sine passus concessione. In
Authent. vt Iudic. sine quoq. suffrag. §. interdic-
mus, nisi iurisdictione per quam sit transitus, sit illi-
lius Principis qui repræsalias concessit, vt in pro-
pos. dixi in 2. par. num. 41. & de predictis habes
iura, & authoritates adductas à Iacob. de Cani-
bus loc. cit.

384 Et Repræsalij non sunt concedendæ secun-
dum Ioan. Iacobus de Canibus in dict. suo tract.
in 35. casibus. 1. quando pro iustitia potest habe-
ri recursus ad 2. quando conceduntur à Iudicibus,
vel ab alijs Magistratibus non habentibus
merum, & mixtum imperium. 3. quando forma
non seruatur, in concedendo repræsalias. 4. quan-
do non constat de iniustitia, vel de denegata iu-
stitia. 5. contra illos qui non sunt subditi natura-
les illius, qui iustitiam denegavit, 6. contra ban-
nitos capitaliter à sua patria, 7. contra rebelles, 8.
non sunt concedendæ Aduenis, qui non sunt sub
protectione illius ciuitatis de qua sit lamentatio,
9. quando petens repræsalias, non erat ciuis tunc
temporis denegata sibi iustitia, 10. contra con-
federatos, 11. quando petens esset, & ipse asperus
executor, 12. pro debito ciuili tantum ex chiro-
grapho non vero, vel ex sententia non iusta, 13.
in die feriata in honorem Dei, nisi periculum
esset in mora, quia tunc concedi poslunt etiam
temporibus prohibitis detineendi, vel arrestandi
debitores, quibus fallitis datur facultas eundi, &
ambulandi sine timore captura, vt Florentia in
Octava Natalis Domini Nostri Iesu Christi,
Pascatis, & Sancti Io. Baptista, & Genua certis
diebus, & Mediolan, ita vultur, sed quando su-
best probabilis timor scandali, non sunt in die
festo concedendæ. Matth. cap. 26. ibi non in die
festo ne forte tumultus fieret in populo, 14. quan-
do per concessionem fieret iniuria ciuii conce-
dentes, 15. nequam contra clericos, nec con-
tra bona Ecclesiastica, cauè, 16. Dominus reco-
gnoscens superiorum non potest repræsalias con-
cedere, 18. quando quis est peratus satisfacere, vel
do-

doccere de bona iustitia, 19. quando petens repellitur ob renunciationem in specie factam in contractu de Repræfalijs, 20. contra scholates, & alios qui pro ciuibus habentur, 21. quando ex statuto quis esset ciuus, vel ex conuentione, vt sunt Fiuzanenes, qui ob capitula inita cum ciuitate Florentia sunt habiti, vt patet anno 1477. in Reformationum Archiuo. 22. contra contumaces, 23. contra iudices, qui iniustitiam minimè fecerunt in illa ciuitate, à qua Repræfaliæ pertinet, 24. contra mulieres, 25. contra priuilegios, & habentes saluumconductum, 26. contra legatos & Ambasciatores, 27. contra euntes ad nudinas, 28. nec contra peregrinos, 29. nec contra Naufragatos. Hinc scias quod naui capta ab hostibus, si termino 24. horarum, non fuerit à Dominio recuperata, sed post dictum spatum, ab alijs à manibus hostium fuerit capta, tunc illa Nauis non erit restituenda illi, qui erat Dominus, sed fiet capientis, tex. in §. penul. Institu. de rer. diuis. l. si quis, §. differentia, vbi glo. Bar. & alij, ff. de acq. poss. Doct. in l. in Bello, ff. de capt. & postlim. reuers. vi. sup. sub num. 333. & 334. vi. consolatum matis, 30. nec contra impuberes minores, & huiusmodi non sui iuris, 31. nec contra predictorum minorum bona, 32. Nec contra bona aliena pro alimentis deseruientia, 33. nequaquam conceduntur illi, qui priuientia erat suo marte proprijs manibus sibi ius dicere, vel quando aliquis caperet illum cui ciuitas denegauit facere iustitiam, 34. tandem represalia non conceduntur pro rebus paruis, & modica importunitas, nec passim ad illas concedendas est eundum, quia est occasio maxima deueniendi ad arma, & si parti concedantur est valde periculum, & semper obijci potest non fuisse iuste captum, sed quando quis dicatur iuste captus trad. Bolog. ad Anna. consil. 94. singulorum vero prenarratorum casuum iura, & authoritates passim traduntur à d. Jo. Iacob. de Canib. in d. suo trac. de repræsal. ad quem me remitto.

Hic obiter quaro an liceat homini iusto, iubente suo Principe bellare, & arma suscipere, ad quod S. Aug. respondet in libro contra Faustum lib. 22. cap. 75. sic dicens. Interest enim quibus causis, quibusque autoritatibus homines gerenda bella suscipiant, ordo tamē ille naturalis mortaliū paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendo belli authoritas, atque consilium, pēnes Principem sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutique communi: bellum autem quod gerendum, Deo auctore suscipitur recte suscipi, dubitate fas non est, vel ad terrendam, vel ad subiugandam mortaliū superbiam. Quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur: Non solum incorruptibili Deo, sed nec Sanctis eius obesse aliquid potest, quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam, etiam prodeste inuenitur. Neque enim habet in eos villam potestatem quisquam, nisi cui data fuerit desuper. Non est enim potestas nisi à Deo, siue iubente, siue sinente. Paul. Ro. cap. 13. Cum ergo vir iustus si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte possit illo iubente bellare, ciuicē pacis ordinem seruans, cui quod iubetur, vel non esse contra Dei praeceptum certum est, vel utrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum Regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruendi.

385 Et ad materiam modici redeundo dico, quod

modica læsio non habetur in consideratione, siue respectu iudicis, & arbitri, siue respectu partis, siue in rem, siue in personam: Nam pro defensione ferum suarum honoris, dignitatis, cognitorum, & sui ipsius, permittitur defensio cum moderamine, vt supra, & quamvis copia iudicis haberi possit, tamen modica percussio est licita. Abb. in c. significasti, de homic. & in contractibus, modica læsio non habetur in consideratione. Doc. in l. 2. C. de rescin. vendit. nisi modicum praividicium contractui afferret. Doc. in l. scio, ff. de in integr. restitu. & in l. quoniam in prioribus, C. de in offic. restam. & de hac materia iam satis dixi supra, num. 255. verific. Modò ultra iam dicta, & in remissione mercedis ibidem plura dixi sub num. 254. & modica res non attenditur, l. si quis conductor, ff. locat. nec vitiat contractum, neque actionem, minus exceptionem parit, l. habitatores, & l. in rebus, §. possunt, de donat. inter vir. & vxor. l. si quidem, §. si quis, ff. de ven. in 386 spic. & Dominus pro modica serui percussione non agit, §. seruis. Institu. de iniur. & dispositio testatoris non rumpitur pro modica fraude, c. requisisti extra, de testa. Nec pro modico debito quis est carcerandus: nec pro modico quis cauere cogitur, cap. per vestras extra, de donat. post mort. Nec pro parua iniuria quis notatur infamia, c. cum te extra, de re iudic. sicuti pro modica ingratitudine non reuocatur donatio. l. fin. C. de 187 reuoc. donat. & si quid modicum Iudex leserit, vel arbitri non possunt redargui. Bar. in l. * Pomponius, ff. de arbit. & si quis aliquid modicum hereditatis habeat, vt pūta interulam, non dicitur per hoc immissus hereditati, Nat. consil. 448. num. 19. licet Afin. in l. scriptus heres, num. 49. ff. de Relig. & sumpt. fun. contrarium teneat pro statuto Florentino, lib. 2. Rubr. 29. & vi. Mago. Rot. Luc. decis. 10.

388 Et officialis nequaquam sindicari debet si iura vel statuta in leibus non obseruauerit Tiraq. d. tract. de Iudic. in reb. exiguis nu. 13. ex Bal. in l. quamvis ff. de condit. & demonstr. sicuti non est pro quid minimo tanquam suspectus à iudicando remouendus dixi in 3. par. sub num. 312. cum 389 seq. Et modicus error in calculis, vel in reddendis tationibus tutelæ, non obest Tiraq. d. trac. nu. me. 16. nisi hic minimus error esset ad instar lapiduli illius, qui totam statuam Nabuchodonosor destruxit: Nec tutor modicam pecuniam depone re tenetur l. ita autem, ff. de admi. tut.

390 Et modica contrarietas in teste non nocet, cap. 2. cum glos. ext. de test. tamen si falsum dolo dixerit etiam in modico nocet, Bal. in cap. cūm adeo, de rescript. Tiraq. dict. tracta. num. 144. Nec munus modicum iudicibus prohibitum est, glos. in cap. non licet, 11. quæst. 3. nec simoniam inducit, cap. & si questiones, ext. de simon. Tiraquell. 391 num. 91. & modica castigatio non est interdicta Magistratibus, l. Magistratibus, ff. de iurisdict. omnium iudic. idem Magistris in Discipulos, l. item quæritur, §. Julianus, ff. locat. l. sed et si, §. fin. ad leg. Aquil. similiter viro in vxorem, Authent. vt lic. Marr. & Auiæ, §. si quis autem, & si Princeps mandet aliquid fieri in praividicium alterius intelligitur de modico, non autem de magno, Caphal. consil. 342. num. 73. libr. 3.

Quibus autem casibus modicum noceat, trad. Tiraq. dict. tract. sub num. 91. & ait quod ista materia est Brocardica, & per quasdam distinctiones conatur illam declarare, quas per te benigne Lector videre poteris, ipse dico quod quo- tiescun-

tiescunque modicum non nocet, aut prodest semper ab aequitate procedit, at quando nocet semper procedit à rigore: unde si documentum non est cotta Republicam, aut communem bonum, vel contra casus pios, & suapte natura favorabiles, nec per illud alteratur forma expresse tradita à statutis, vel à dispositione legitima hominis, tunc nusquam modicum nocet: secus si ius commune alteretur, seu contra fiat predictis, quo-
393 niam statuta sunt stricte interpretanda, ut per Scrib. in l. omnes populi, de iustitia, & iure, l. cunctos populos, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica, suntque obseruanda, vt dixi supra cit. formam à iuste traditam, sub num. . . . verum mitius agitur cum lege, quare cum homine, l. Celsius, de arb. Bar. in l. amplius, ff. rem rat. hab. alioquin modicum, non nocet, si dolo caret. Modici
394 enim nulla fere ratio haberi potest, l. eleganter, §. vlt. ff. de dol. Tiraq. dict. tracta. de Iudic. in reb. exiguis factis, num. 58. vel nisi eadem ratio militaret tam in modico, quam in magno, ut per Tiraquel. ibidem num. 163. & maximè si concessio modico sequeretur inconveniens: nam dato uno inconvenienti sequuntur plura, l. nam absurdum, * cum simil. de leg. Et hac prærogativa, quam mo-
395 dicum in rebus præstat, deducitur quod qui non potest moram facere in certo loco ei prohibito cum armis, si ibi sit aliquantulum, puta dum mingit, aut requiem modicam capiat, non dicitur incidisse in commissum, sicut etiam excusat si ibi in loco morari prohibito sarcinam, aut plaustrum reaper, vel equo ferrum immittere faciat, vel mula arrestetur, multò minus, si ipse per tranfundo ingrediatur sacellum pro dicendo Ave Mariam, vel orando, Bertazol. consil. 172. volum. l. sed in sacello, & eisibus Deo, & Sanctis dicatis, potest morari tantum quantum liber impune, quia non comprehenduntur sub tali statuto, vi. Menoch. de recuper. possessio. remed. 15. num. 34. & faciunt quæ dixi in l. par. sub numero 90. cum mult. seq.

396. Et modicus dolor non dicitur dolor, ut de phlebotomia, quæ licet dolet parum per, tamen sanat, & marioli in tortura subsistunt dolorem, quia dicunt melius est flere semel, quam flere semper, & melius est ut litigantes, aut rei flent, quam Iudex, quod tenet menti tu Iudex qui vel munieribus, vel nimia timiditate placaris, relaxando, non relaxandos, & absoluendo condamnatos, & quandoque melius est negare unum remedium, quam malum introducere vsum, nimisrum sic quosdam audiui dicentes, quod permittatur quandoque iudaizare, sed qui etiam in modico iudaizant, similes fiant illis, absit à nobis tantus error, quia nec fundatur in rigore iuris, multò minus in aequitate, & qui seuerè se gesserit seuerè patietur, l. i. ff. quod quisque iur. nam super quibus delictis carentibus dolo, non est seuerè procedendum.

397. Hinc est, quod in penitentiis non attenditur lex Platonis, de qua in lege 12. tabul. vbi aequè puniti iusterat furem Republicat tam modici, quam magni: Nam hodie aequitas non patitur hanc penitentiam indiscretam, ut in l. sanctimus, & l. respiciens duci, cum simil. de pen. ad hæc per Decia. de delict. tom. 2. tit. de pen. pecular. num. 8. lib. 8. itaque concludo, quod iudicium, & discretio pari passu ambulant, vt dixi num. 127. p. 2. & nu. 120. p. 3. ideoque in ijs multum tribuendum esse arbitrio iusti, & aequi iudicis, qui attenta qualitate negotij, & personæ examinabit quando modi-

cum nocet, & quando non, iux. l. sed et si, vbi glo-
398 ff. de iudic. l. legitimos, ff. de leg. ut. omnis na- que Iudex tenerat stateram aequitatis, & rigoris gestare, ut in vitroque veritatem penset, & misericordiam, 45. dist. omnis pro ut aduersi, in princ. huius 6. par. & concludo contra dictum Caroli Magni, quod si in modico nemo magnus, tamen in lege Dei, qui in modico est fidelis super multa constituitur, & hæc modica super modico pro nunc sufficient.

399. Nunc redeundo unde digressus sum sub num.

370. vbi dictum fuit, quod aequitas in numero locum habet, sic in num. 12. liberorum, quia Pater tot filiorum efficitur immunis ab oneribus ordinariis tex. cum glo. in l. si quis, C. de Decurio. lib. 10. l. semper, ff. de Iure Immuni. quod vetu est circumscriptis statutis, sed quod talis immunitas sit de iure positivo teneo, quod non per d. l. si quis Decurio. & per l. 1. C. de immuni. nem. conceden. lib. 10. adeò, quod à iudice nequaquam concedi potest, quoniam est de reseruatis Principi soli, Boss. in tit. de Prin. num. 133. adeò, quod nec etiam si vices Principis Iudex haberet, illam minimè concedere posset, sub pena flammæ ignis, vtdicit tex. in d. l. 1. C. de immuni. nem. conce-
den. lib. 10. & non prodest, l. 1. C. de censib. l. in fraudem, C. de annu. tribut. l. immunitati, C. de agr. & censite eo. lib. 10. & vi. Thesaur. decif. 267.

400. At si talis Immunitas fuerit obtenta à Princepe, tunc tantum valet, quantum sonat ar. l. quicquid astringenda, de ver. oblig. & durat nedum in vita Patris, sed donec filii stent in Communione omnium bonorum, & sub eodem tecto, nisi unus, vel duo iverint negotiari in aliqua ciuitate, satis est quod in Patria non possunt habitare separati, sed debent simul in eadem domo manere, & hoc casu donec aliquis eorum superstes erit, immunitate patris sui gaudebit, & Mulieres nuptæ in vita patris non rumpunt immunitatem, secus si post vitam Patris nubantur.

401. Et dum queritur an quis immunitate gaude-re debeat si est in possessione soluendi, pendente lite soluere tenetur Boss. d. tit. de Princ. & priuile-
eius num. 148. posset tamen soluere, cum prote-
statione repetendi, & sic citra præiudicium iuri-
tum suorum, ut per Boss. num. 167.

402. Sed quo ad immunitatem per paclum, & con-
ventionem concessam, & non per simplicem
privilegium, ut est immunitas concessa Doctori-
bus, Medicis, & Notariis Fiuzani anno 1547.
ut debeat tanquam ciues Florentini tractati,
& quod possint aduocare, mederi, & procurare
in Ciuitate Florentiæ soluta tantum dimidia ma-
triculae, non intelligitur talis immunitas, per
alios nouos ordines generales postea edictos, de
soluendo quandam taxam singulis annis pro ap-
probatione singulo anno fienda, quoniam quod
semel per contractum placuit amplius displice-
re non debet. Bar. Bal. Alex. & alij, in l. quod se-
mel, de Decret. ab ord. facien. Soc. Reg. 285. ver-

403. Quarto fallit: Nam contra dictum ab initio sunt
voluntatis ex post facto necessitatis, l. sicut, C. de
act. & oblig. Damas. Reg. 105. & idem tales ordi-
nes partem non citaram, non afficiunt, l. de vno

404 quoque, ff. de re iud. Cephal. consil. 302. num.
150. lib. 3. minusque præsumitur revocata talis
pactuata concessio, quia nullum verbum in no-
nuo ordine generali sit de hac speciali concessio-
ne, c. generi, de reg. iur. in 6. Nec in eo adest clau-
sula expressè derogatoria. Alex. consil. 215. par. 2.

Cæphal. consil. 58. num. 82. lib. 1. consil. 342. nu. 47. & 70. consil. 369. consil. 302. num. 68. libr. 3. Bar. in l. priuilegium, in fin. C. de Sacrosanct. Eccles. Bal. in l. qui se patris, C. vnde liber. vbi in fortioribus terminis, est bene verum, quod 405 quando priuilegium ex gratia concessum est, & non in vim contractus, & cursu temporis redderetur iniquum, tunc causa cognita reuocari posset. Boss. dicto tit. de Princip. & priu. eius num. 165. Cæphal. consi. 451. nu. 99. & 333. lib. 4. Sed quando per reuocationem ius iniquum sequeretur, sicut eueniret in tollendo priuilegio licito, iusto, & patuito, frustatoria est perscrutatio, an per temporis spatium, vel ob aliud generaliter editum, tale priuilegium ademptum sit: nam non est credendum, mentem principis fuisse velle sine legitima causa contravenire facto, & 406 pacto suo, immo talis esse mens presumitur qualis de iure esse debet. Cæphal. consi. 311. nu. 13. lib. 3. & vi. in 1. par. sub num. 144. & 149. 165. & 169. & 247. & in 3. par. nu. 238. & in 2. par. num. 32. Et priuilegium per viam contractus, non potest reuocari etiam si incepit esse damnosum concedenti. Cæphal. consi. 449. nu. 64. libr. 4. & consi. 342. nu. 9. libr. 3. dicens quod nec etiam de plenitudine potestatis hoc facere potest, num. 53. Qua de re Doctores Fiuizani semel approbati, & soluta dimidia matricula cogi non debent ad soluendum singulo anno aliam taxam pro eorum annuali approbatione, sed sit est quod teneantur singulo anno approbari contra id quod supra firmatum est, alioquin duplice grauamine contraria eorum priuilegium conventionale aggrauatur, primo in tot vicibus approbatione, secundo in noua taxa soluenda, quod de iure non licet. I. nau. C. ad le. Rhod. de Iac. & prædicta opinio est vera in iure, sed de facto periculosa.

Quæritur nunquid prohibitus aduocare, possit allegare in scriptis, vel consilere in Camera, & Breuiter ac resolutiue loquendo, aut quis est prohibitus, tanquam indignus, & sic ob demeritum, & infamiam propriam, vel alterius, aut propter aliud quod non infamat, vt puta propter reverentiam Domini, vel propter dignitatem, & respectum officij, vt si quis sit iudex, vel propter aliam occupationem, vt si est Doctor leges ad effectum ut melius vacate valeat curæ legendi, & officio suo. Primo casu tantum aduocare prohibetur, quantum durat causa prohibitionis, vnde si causa est temporalis finito tempore prohibitio cessat, si vero est perpetua utique perpetuo prohibito durat. Hæc colliguntur a tex. glo. & serib. in l. 1. ff. de postul. & l. 1. & fi. C. eo. vbi Cyn. Barto. Alex. & alij. de quib. infra Specu. de aduocat. §. 1. sub nu. 33. Azo. de postul. in fi. Azo. in sum. ff. de postulan. daf. plures alias distinctiones. Secundo casu distinguendum est aut prohibitio est facta respectu dignitatis, & decoris officij, vel ut magis oneri iniuncto quis incumbere valeat, & pro vitroque casu infra plures addicentur casus ex quibus iuridice resolutio dabitur, premitendo generaliter quilibet postulare potest qui non prohibetur Spec. de aduoc. ref. t. nu. 5.

Casus primus erit quod quando respectu dignitatis, & officij quis prohibetur postulare, & aduocare, tunc non poterit coram iudice in contradictorio comparere: Nam aduocare est alienum pandere desiderium eorum iudice, l. 1. §. Aduocatos. vbi Bartol. not. 4. ff. de uar. & extraor. cogn. & est tex. in l. 1. ff. de postul. indecens quippe esset in contradictione officiale, vel iudicem comparere,

vbi iurgia, & contemptus, ac scandala de facili orti solent, a male partium digesto pectori, plus est enim comparere foro, quam domi consulere. l. motis. §. & non unquam ff. de pen. ultra quod coram iudice aduocati stare debent ut vulgæ dicitur in piedi, & iudex sedere l. honorati. vbi glo. exponeit. Aduocati. C. de offic. ciuil. iudic. l. quisquis. in fi. C. de postulan. ibi glo. standi. quamuis hodie recessit ab aula rigor istius moris. & iudex ordinarius generalem, & vniuersalem iurisdictionem habens nullo modo, nec foro, nec domi aduocare potest, per tex. not. & valde rigorosum. in l. fin. C. de assessor. Nam ultra prædictas rationes respectu decoris repugnat etiam quia in omnes potest ius dicere, si non semper in actu, saltem in potentia, quo casu considerandum est, quod euenire possit. l. quod debetur, ff. de paet. & nemo debet esse iudex, & aduocatus. l. qui iurisdictioni. ff. de iuris di. omn. ind. tex. & Doc. in l. 1. ubi glo. in verb. dignitatis, ff. de postulan. & duobus Dominis servire eodem tempore non possumus. l. naturaliter. C. de episcop. & cler. 21. q. 1. cap. Apostolorum. & cap. placuit. nec duas habere curas. arg. l. eum qui. C. de adult.

Secundus hinc oritur secundus casus quod qui habet curam, & officium publicum, non potest aduocare, vel postulare, ne publicam pro priuato deferat curam per l. 3. C. de Primipil. c. Bonæ ext. de postulan. cum simil. & ideo Felyn. in rubr. de fide instrum. nu. 2. air quod ideo Doctribus legentibus prohibitum est aduocare, vt melius studijs & lectionibus vacare possint. & hæc causa militat, tam in aduocando domi, quam coram iudice, quo casu nullo modo aduocare potest. nā vbi eadem, ratio ibi idem ius. leg. illud, ff. ad leg. Aquil.

Sed circumscripto statuto, videtur de iure non esse prohibitum Doctori legenti consulere in camera, ut tenet Angel. in d. l. 1. §. postulare, ff. de postulan. & eum sequitur Anan. in rubr. de Magist. num. 23. & à consuetudine hoc est approbatum, vt experientia quotidie docet.

Tertius casus, quod in Iudice non habente vniuersalem iurisdictionem, sed tantummodo speciali, & restricta ad certam qualitatem causarum, & personarum prima facie videbatur dicendum idem de eo (cum sit Iudex ordinarius) quod dictum fuit supra de Iudice habente vniuersalem, & generalem iurisdictionem, per d. l. fin. C. de Assessor. & alia iura supra adducta: Nā qualitas non recipit magis neque minus secundum. Porph. in decem prædicam. & ita est Iudex ordinarius minor, quam maior, licet potestas non sit eadem, vnde idem ius esse debet de parte quo ad partem, quod est de toto quo ad totum, l. in toto, de reg. iur. equidem in promiscuis actibus non sunt turbanda officia, l. Consulta Diuilia, ff. de testa. & indecens esse videtur quod unus Iudex compareat coram alio pro aduocando, & debeat ipse, vt sup. dixi stare, & Iudex sedere, equidem non omne quod licet honestum est, vulg. l. non omne, de reg. iur. idem caendum.

Veruntamen hic casus dupliciter limitari potest 1. non esse prohibitum consulere, & allegare pro alijs causis, & personis non comprehensis, nec actu, nec potentia sua iurisdictioni, ea ratione, quia limitata iurisdictione, limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acq. re. do. Hinc est, quod illi, qui in patria sua magistratum publicum suscipiunt, & in eo sunt iudices, nihilominus, quia non habent iurisdictionem vniuersalem possumunt ad-

aduocare, ut l. 2. & 3. C. de ijs, qui spont. muner. subeunt, lib. 10. facit Bal. in l. qui necessario, C. de Aduoc. diuerso. Iudic. & præfetti in quando tempus superabundat, quodque experientia docet, & inf. magis consolidabitur, & propterea iura que animaduertunt quem non posse esse Iudicem, & aduocatum, intelligitur inter easdem personas, & eodem tempore, vnde bene dicitur distingue tempora, & personas, & concordabis scripturas. Hinc Abb. consil. 76. vol. 2. dicit, quod si potestas est prohibitus cognoscere de certis commissis ante sex menses tum poterit de alijs delictis cognoscere, vt eum refert Alber. Brun. in 3. vol. statu. in verb. delictum versie. si ex forma statuti, sed erroneæ all. egatur Abb. in d. cons. & sic consulere sibi honotique suo, & alijs non suppositis sua iurisdictioni, & inf. cas. 4. & in Ciuitate Mantua sunt electi quidam Aduocati, ad ius reddendum circa horam nonæ, & in vesperis inter certam qualitatem personarum, & causarum merè ejulium, & ramen præter illas horas, & præter illas causas, & personas aduocationem exercent, quod maius est quam in camera consulere, & allegare in scriptis, & si licet recipere literas, & respondere circa res familiares, & alia, quæ in dies occurruunt, cur non licebit in camera consulere, & informationes iuris facere, & ad iudicem transmittere.

Secundo limitari potest quando salarium effet adeò tenue, ut Iudex sine alio vix viuere possit cum sua familia, & ideò pro substinentia etiā eius decore non intelliguntur denegata esse illa officia ex quibus parantur vita subsidia, nec de facili sunt interdicenda via ex quibus quis honeste, & virtuose victimum, & vestitum querere potest, vt Not. in propos. Saly. in l. si quis, C. de Aduoc. diuerso. iud. Hinc dixi, quod imminentे necessitate, & tenuitate salarij Iudex potest aliquid recipere à sponte dantibus, vt in tract. de Brach. Reg. p. 5. sub num. 39. Qua de re concludendum est hunc Iudicem cessante causa impedimenti eius curæ, & personarum, & sublatio scrupulo Decoris sui officij cum in Camera, & non in contradictorio coniulat & alleget, videtur permisum allegare, & consulere in Camera, cap. cum cessante, de appellatione, & infra clarius demonstrabitur.

Quintus casus est: Nam prohibitus aduocate, nō intelligitur prohibitus allegationes & iurium Instructiones transmittere ad Iudicem, ad trad. per Bar. in l. Paulus, ff. de legat. idem in l. 1. ff. de postul. ibique Doct. in §. postulare, vbi Alex. ait, quod instruere non est aduocare, idem Castren. num. 7. Alciat. consil. 9. versic. 6. & quod possit allegare tenet Alber. de Rosat. 1. par. statu. q. 162. Iaf. in l. 1. num. 11. ff. de verb. oblig. Ro. sing. 264. Afin. prac. §. 24. cap. 8. Carpa. super Statu. Mediol. in Ciuit. cap. 60. versic. coram, & c. 63. lit. A. Abb. in Rub. de postul. Dec. in l. fœminæ, nu. 10. & 11. de reg. iur. Alber. de Rosat. 1. p. statu. q. 176.

Qui Doct. omnes tenent sine vlo. scutulo, quod prohibitus aduocate non intelligitur prohibitus consulere in Camera. Ang. in d. §. postulare, quem refert, & sequitur Ana. d. Rubr. de Magistr. vbi refert Butr. dicentem, quod si aduocatus aliquius solum sibi in Camera consuluit, sed non vadit ad palauum ad aduocandum, quod ille non dicitur aduocate, nec proprius aduocatus, adeo quod si se absentat Iudex non tenetur superfedere propter absentiam Aduocati, si statutum mandaret expectari.

Quintus casus est, quod si statutum prohibet postulare, nihilominus Aduocatus poterit ire ad Iudicem, & visitare illum, & ab eo verbotenus aliquid gratiosè petere, vt per Rip. in l. stipulatio, num. 57. de verb. oblig. & quamvis Ana. in d. Rubr. de Magistr. sub num. 23. dicat, quod si statutum prohibet loqui, vtique intelligitur etiam scribere, cum paria sint scribere, vel loqui, vt l. miles ad sororem, ff. deleg. 2. & per alia iura ibi per eum adduct, nihilominus cum non agatur de heresi, vel cum persona excommunicata, sed fiat actus honorabilis, & loqui, & scribere non videatur prohibitum, dummodo abstineat à postulando publicæ, ne detur materia contemptus: Nam si non castè, saltē cautē, & vi. Cæpol. d. cautel. 156. num. 2. & Bar. in l. 1. ff. de legat. dicentem, quod si statutum puniat loquentem cum bannito non comprehendit eum, qui mittit Nuntium vel Epistolam, sed cum ore ad os.

Sextus casus est, quoniam si statutum prohibet Doctorem, vel alium aduocare, non per hoc intelligitur prohibere ab Aduocando pro Republica, vt l. 1. ff. de postul. l. 2. C. eo. Sed contra Remp. nec contra Dominum suum nō licet aduocare Abb. c. 3. nu. 3. de postul. Nisi pro sua causa quamvis dici solet in causa propria aduocatum quere, & aduocati dicuntur defendere Rép. sicut miles armatæ militiæ l. Aduocati, C. de Aduo. diuer. iud. Abb. in c. 1. sub num. 4. de postulare.

Septimus casus similis supradicto est quando prohibitus aduocare scriberet, & allegaret in favorem dispositionis statutorum, & ordinum Patriæ sue, vel Domini sui, cōtra Impugnatores, qui allegarent illorum inualiditatem, quia esset defendere bonum publicum ob quod facta esse dicuntur statuta, l. omnes populi, de iust. & iur. l. cunctos populos, C. de sum. Tri. & fid. Cat. & ibi Bar. & alij, & vbi versatur bonum publicum quilibet admittitur, s. oportet enim, in auth. de non alien. & illius causa receditur à reg. iuris, ac etiam à statuto, l. vtilitatem, ff. de confir. tut. spec. de Instru. edit. §. instrumentum, & allegauit sup. in l. par. sub num. 123.

Octauus casus est pro patria aduocare potest, l. qui necessario patriæ, C. de Aduoc. diuerso. iud. Nā quilibet tenetur totis nervis patriam defendere, iux. illud Cato. pugna pro Patria, & Bar. in l. 1. §. ff. de iust. & iur. c. cum timore, & c. & si nulla necessitas, 23. q. 8. Namq; prius Patriæ quam nobis nascimur, vt l. 1. ff. de ventr. inspic. & idē primò succurrendum Patriæ, quam parētibus, spec. d. tit. de aduoc. §. 1. num. 18. 27. 28. & 29. & ibi add. vbi tamen ait, quod primo parentibus, secundo Patriæ sequitur Abb. c. 3. de postul. Mod. in l. vt vlm. ff. de iust. & iur. Et aduocati appellantur defensores, & milites legales, vt in auth. de ijs qui alie. no. inter ver. defensor. l. aduocati. C. de aduoc. diuerso. iud. Bal. in l. 1. §. cum oportet, pec. col. ver. tertio genere, C. de bo. quæ lib. At contra partiam non licet aduocare nisi in causa propria filiorum, vel parentum suorum, ac pupillorum quorum curam aut tutelā aduocatus gerit, spec. d. §. 1. sub nu. 27. quamvis videtur etiam posse cōtra causa consulere veruntamen multa fieri de iure possunt, sed de honestate abstinentium est, vbi per eundem, num. 28.

Hinc est, quod licet aduocatus, qui fuit in causa principali possit contra eundem aduocare in causa appellationis nihilominus de honestate abstinerere debet postquā secreta nouit in causa principali, & alijs honestis causis, vt per spec. d. §. 1. sub nu. 16.

nu.16. & §. nunc tractemus. vers. quid ergo Baiae. ad Clar. q.72. nu. 17. vbi admonet aduocatus abstinere. Ioh. And. in c. fin. de test. lib. 6. & dixi in §. par. sub nu. 254. in addit. sed aduocatus qui fuit in causa principali non cogitur esse in causa appellationis. l. inuitus. C. de proc. Bart. in l. qui proprio. §. ite quero. in fi. ff. eo. Hinc etiam dicitur quod non decet vassallum aduocare contra dom inum, nisi pro se & suis. l. i. §. fin. ff. de postul. Spec. d. §. 1. nu. 30. Sed debet petere veniam de honestate.

Nonus casus est quando unus iudex in iure non in facto dubitans requirit alium iudicem, seu aduocatum, vt dicat quid in hac re sentiat in iure. quia licet, & impunè potest ei de iure respondere. per tex. in l. proximè. ff. de ijs quæ in testa. delen. et ibi Bart. nu. 2. & Anna. in dicto tit. de magistr. nu. 27. vbi ait quod iudex potest habere collationem cum aduocatis non ut eis credere cogatur, sed ut eorum votum explore, & iudex sibi ipsi consular.

Decimus casus erit quia prohibitus aduocare apud præsidem non intelligitur prohiberi postulare apud præsidis legatum. vt d. l. moris. versi. po test. ff. de pœn. sed non è contra. Plac. Epit. delict. c. 6. nu. 27. & vi. inf.

Vndecimus casus est quando statutum prohibet ne quis loquatur, cum bannito. tamen aduocatus poterit consulere pro eo. Arno. Cōment. 44. nu. 191. quem allegat Bonacoss. super statu. criminis in ver. bannitus. ver. stante statuto. vbi dicit quod mittere nuntiū, ad. Epistolā nō intelligitur prohibitiū, licet prohibeat auxilium præstare bānito. dixi sup. cas. 5. in fi. & vi. que inf. dicā vēr. 3. quarto.

Duodecimus casus, non censetur prohibitum aduocare pro pauperibus, & alijs personis, gratis. l. prouidendum. §. 1. C. de postul. Rom. in l. 2. in prin. de verb. oblig. immo cogi posset secundum Fely. in c. 1. num. 2. & 3. de offic. iudic. & per Me noc. de arb. cas. 369. & inter miserabiles personas enumerantur pupilli, viduae honeste, orphani, depresso, & desolati. Specu. d. §. 1. nu. 7. & num. 13. & seq. Alber. de Rosat. 1. par. stat. q. 4. De quibus sacra scriptura dicit, cū destitutus fueris iacta cor tuū in Domino & ipse te emutriat. & si aduocatus accipiat a pauperiū aliquid peccat. S. Th. 2. 2. q. 71. èt mortaliter. secundū Sylue. arg. c. pasce. 86. di. de quo me remitto. Sacr. Theologiae professorib.

Decimustertius casus quod non obstante statuto, quis poterit aduocare pro se suisque sanguine coniunctis saltem usque ad quartum gradum, ut d. l. 1. §. fi. ff. de postulan. l. petitionem. C. de aduocat. diuerso. iudic. Marf. sing. 210. Spec. d. §. 1. nu. 30. & 31. vbi in fortioribus terminis, ait quod vassallus aduocando contra dominum pro se & suis non perdi feudum, c. fi. ext. de postul. & demum adeo uerum est quod pro suis quis aduocando non incidit in pœnam statuti prohibitorij, quod si iurauerit defendere aliquem contra omnem hominem, semper intelligitur esse exceptuata propria persona promittentis, & suorum consanguineorum usq; ad quartum gradum, Tiraq. de pen. tem peran. sub nu. 79. & ratio est, quia ea que sunt contra ordinem Naturæ, & charitatis, nunquam in dubio censemur comprehensa in iuramento, nec ea que sunt contra bonos mores, Causalca. decis. 38. nu. 15. p. 2. vlt̄a alios in Rubr. de iure iur. si mil iter qui promisit accommodare turrim contra omnes non intelligitur contra se ipsum, nec contra coiunctos suos etiā ex linea transuersali, Crot. in l. frater à fratre, num. 16. ff. de condic. indeb. refert Bettaz. consil. ction. 100. num. 23. lib. 1.

At re vera Aduocatorum munus est dignissimum, sed valde periculosissimum, Sylua. Nupt. lib. 6. nu. 13. & 14. vbi ait quod melius est habere bonum Aduocatum, quā malum Iudicem, qui ab Aduocato prudenti, & bono illuminati edoceri, & dirigi poterit in via veritatis, Fulgos. in l. quod si nolit, §. si mancipia, ff. de edilit. edic. Hinc David rogabat Dominū, vt illū liberaret à viro iniquo, & doloso, Psal. 41. Nilq; peius in Iudice quā obstinatè loqui at. tex. 48. dist. quod autē, & si nescit distinguere nescit soluere, & si indistinctè vult intelligere necesse est ut confusè, & ex abrupto iudicet, atq; iubeat, Causalca. decis. 29. nu. 39. par. 2. Nam per distinctiones tolluntur omnes amaritudines. Sed Iudices, & Aduocati viventes legibus, & conscientia, prout debent meliorem vitam ducunt quam Fratres Prædicatores, secundum Arno. sing. 23. incip. sapè audiui.

Sed ultra prædicta quarto primò, An quis possit aduocare in causa hæresis, & resolutiōne dico regulatiter quod non, cap. si aduersus, de hæret. vbi Joan. Andr. Franc. Pizzimbo. tracta. de Lamijis, sub num. 77. Sed quando non est clarum, an vere quis sit hæreticus, vel an imputatio sapiat hæresim, tunc potest imputatus defendi ab Aduocato, Afflict. super Constitut. Regn. 1. par. num. 43. quem refert etiam Clar. §. hæresis, vers. & vterius, Felyn. in d. cap. si aduersus, & Oldra. cons. 210. vbi ait defendisse quandam Nobilem ex quo obiecta non sapiebant hæresim manifestam. Item quando hæreticus non esset relapsus, posset pro eo aduocare, vt resipiscat, & ad Fidem Catholicam redire. Sed de consuetudine à Reuerendissimis Episcopis, & à Patribus Inquisitoribus solet concedi licentia patrocinantibus pro similibus personis. At aduentant Aduocati, vt sint bene fundati in Sacra Scriptura Catholica, ne forte & ipsi decipiuntur, vt admonet Carter. tracta. suo de hæret. sub num. 19. & ij habitacionis iurare solent ad Sancta Dei Euangelia, se iustis, & approbatis ab Ecclesia Catholica vti defensionibus, vt per Baiae. ad Clar. in d. §. hæresis, versic. vterius, num. 22. vbi adducit Decia. tract. criminis. tom. 1. lib. 5. cap. 37. & idem in Procuratore, & testibus, Doct. in l. rem non nouam, C. de iudic. & l. 5. ff. de postulan. & in l. quisquis, C. eodem, Afflict. & Regnicol. super Constitut. Regn. tit. de præstan. sacra. ab Aduoc.

Secundò Quero an in crimine leſae Maiestatis, quis aduocare possit, & dicitur quod non, etiam si esset pro patre, aut filio, cap. filius, de pœn. lib. 6. Afflict. de feud. tit. que sint regalia, num. 23. vbi dicit esse speciale in hoc crimen quod filius accusando patrem, non potest tanquam ingratius reputari, contra tex. in §. causas, in Auth. vt cum de appellat. cognosc. est verum quod Christiani Principes nemini negare solent aduocationem, & defensionem, quia competit de iure naturali, & Diuino, vt dixi in 1. par. nu. 202. 207. 208. & seq. Nell. de bann. 2. p. 1. temp. nu. 2. & alibi nu. 62.

Tertiò quero nunquid possit aduocare pro bānito, & de iure cōmu. non est prohibitiū, quia aduocatio tendit ad publicam utilitatē, vt per Gād. in Rubr. de bannit. vers. ite pone per tex. in l. seruum quoque, §. publice, ff. de procur. Ponzimbi. d. tract. de Lamijis. nu. 78. At Florenti extat lex Ducal. edita anno 1567. die 10. Octobris in qua traduntur multi casus in quibus supplicare nō licet, presertim pro bannis, veruntamē eos defendere, antequam bannū transferit in rem iudicatā,

videtur per hanc legem non esse prohibitum . vi quæ dixi.in 3.par sub nu. 225. in add.vbi adduxi legem dominorum octo de bala contra contumaces. anni 1551. 15. Decembris. declaratam anno 1559. die 7. Settembris. sed vi. Nell. de bannit. 3. parte secundo temp. sub numero 27. vbi ait nec postulare, nec testificari posse pro bannito.

Sed quid stante statuto prohibente auxilium præstari bannito , & reuera post bannum in rem iudicatam transactum non potest aduocatus pro eo postulare: alioquin diceretur ei auxiliari. Bart. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. hanc q. tractat Nello. de bann. 3. p. 2. temp. nu. 26. versic. Vigesimo sexto. vbi distinguit quem vi. & Ang. de mala. in verb. & Andream Marti Lanificem, nu. 6. versi. scias, qui recitat distinctionem Bar. in l. infu. §. ope. ff. de fur. omisso alia contraria opinione de qua inf. & dicit quod si statutum prohibet sim pliciter auxilium bannito late est interpretandum de omni auxilio, & sic & de auxilio aduocati, & procuratoris. Si vero statutum prohibet auxiliū respectu certi actus, tunc aduocare, & procurare, licet pro eo , vt per superiorem te banniatur per viam gratiæ, aut dicendo de nullitate banni per viam iustitiæ ideo non intelligitur prohibitum . Foller. pract. crim. in verb. banniantur. sub num. 19. & quamvis Ang. ibi d. versi. & Andream. sub num. 9. dicit Bar. esse sibi contrarium. in l. post legatum. § sunt qui putant. ff. de ijs quib. vt indign. & adducit iura pro vtraque parte, tandem residet cum opere prima Barro. d. §. ope. & eam tener, & sequatur Alber. de Rosat. in 4. par. statu. qu. 22. & quidem talis opinio est uerior, & æquior. Porim bo. d. tract. de Lam. nu. 78. qui non videtur referre fideliter Oldr. d. consil. 210. & dat repugniam in facto inter Oldr. d. consil. 210. & Albert. de Rosat. loc. mox allegat. & tandem Foller. in prac. crim. d. versi. banniantur sub nu. 19. distinguit, aut non est interdicta aduocatio pro alia causa, quam pro banno, & pro ea postulare potest, sed pro bâno nequaquam, ipse vero aliter distinguo , aut bannitus est in banno confirmatus, aut adhuc comparere potest, seu ad nouas defensiones fuit admissus iuxta practicam de qua per Boſt. in ti. de liter. princ. admitt. ad no. defens. & per clar. quæst. 94. versi. est etiam: nam primo casu qui pro eo postularet in pœnâ statuti incideret tanquam auxiliator, in secundo vero casu non per l. Gracchus C. ad leg. Iul. de adult.

Verumtamen quia Clar. in q. 3 2. versic. tu scis. ait quod bannitus pro uno delicto, poterit iterum banniri pro alio delicto, si secundum delictum non sit capitale, & pœna sit pecuniaria, extimo quod postulans pro eo citato ad comparendum ex causa huius secundi delicti non incurrat illam pœnam de auxilio , per ea quæ dixi sub nume. 288. & 289. parte quinta, vbi in pecuniariis non est prohibita defensio per procuratorem, nisi personaliter principalis compareret teneatur, sed etiam teneo quod (circumscripsiō statuto) posset appellari, ex quo vbi agitur de pœna pecuniaria , & quis legitimè comparere dicitur comparendo per procuratorem. iuxta vulg. reg. Qui per alium facit . & quidem contra ius commune cogere , & velle ut compareat personaliter, & sic diceretur grauatus, & ideo appellari posset. toto titulo de appellat. nisi dicamus quod tam in isto, quam in primo casu videtur prohibitum pro bannito postulare, cum sit imputandum ei, qui ob eius de-

lictâ posuit se in hac necessitate comparandi, ut l. si fideiussor §. pen. ff. qui satista. cogan. l. secunda §. si quis. ff. si quis cautio. Sed est arbitratum iudicii, vel citari facere delinquentem pro secundo delicto ubi pœna pecuniaria venit, vt personale compareat, vel si fiscus velit sibi profiteri portat per procuratorem, & det cautionem de iudicatum soluendo, vi. in quinta part. sub numero 199. & sequent. vbi quædam exempla tradidi ad hunc propositum , & qualiter ac quando audiencia non sit deneganda bannito tractat plenius car. tracta. suo de execu. sentent. capi. bannito, capitulo primo, numero 110. cum pluribus sequentib.

Nunquid autem clericus possit postulare pro quibus & quando. vi Spec. in dicto tit. de aduoc. §. primo, per tot. ubi etiam in excommunicato, & Abb. cap. primo, per tot. de postulam. & c. secundo, & tertio eo. vbi de ijs quæ ob quandam convenientiam, & urbanitatem debent abstinere ab aduocando primo contra illum a quo aduocatus receperat beneficia. Secundo vasallus contra Dominum ut supra tertio cotta ciuitatem a qua, quis est salatiatus; quarto contra valde amicos quinto contra coniunctas personas, & in paritate potius pro coniuncta persona contra amicum , quam è contra sexto contra patriam , sed potius pro patre contra patriam , qua è contra de ijs omnibus per Abb. dicto capitulo tertio , de postulan. sed propter necessitatem , & ad defensam etiam in criminali posset aduocare ne fame pereat, vt per Abbas dicto capitulo primo , sub numero secundo.

Iam an expediat allegare multos authores, & multa iura, & clarum etiam quod vbi multitudo ibi confusio secundum Aristot. in terrio Ethico. & melius pauca, & utilia dicere, quā multis inutilibus aures hominum prægrauare. leg. secunda §. si quis autem Codic. de vet. iur. encl. & in authent. de tabell. §. primo collat. 4. & sic multi loquio non deest peccatum A. postol. & multitudo non seruat modum; & nihil recte agit secundum Bartol. in tracta. de schism. colum. quinta, & multitudo spernitur in authent. de reseru. cir. fin. & facit in adagio, gaudent breuitatem moderni n. glo. in leg. prima. ff. quod mit. cau. est tex. in leg. ampliorem. §. in re furatorijs Codic. de appellat. & veritas in paucis consistit vid. in Oldo. consilio 24. & Cæpol. de vñuc. pro emptio. num. octauo. In contrarium dicitur quod plus sapiunt duo quam vñus, & plus vident oculi quam oculus ad haec Tiraquell. de pœn. temp. caus. 51. nume. 63. & sequen. Hinc dicitur quod allegationes per plures factæ & approbatæ in dubio sunt potius tenendæ: nam vbi est multorum doctorum allegatio, non potest esse quin inter tantos sit aliquid bono, iux. not. in leg. prima. ff. de test. & ita propos. Iacob. de Beluis. in sua pract. tit. Quo triplic. sunt causæ sub nume. 178. in fin. & si forte allegaretur text. gloss. vel doctor qui non sunt recepti allegans excusat, sicuti quando multiplicatae negotiorum vel in aduertentia Tipographorum in aliquo libro diceretur, quod non est, etiam illud allegaretur, est excusandus dum ostendit locum à quo deducit gloss. in leg. fin. Codic. de falsi. idem si legem correctam allegaret leg. vñica C. de not. C. confir. & de ijs per Iac. de Beluis. loc. citat. sub num. 182. vltra quod non vñus omnia scire potest, & si id credit valde decipitur, & irritetur, saltem latenter, ne irritetur Cæbrones,

brones, sed omnes simul cuncta sciunt, & etiam quia multi sunt docti qui non habent multos libros, & dum multi auctores allegantur, vix fieri potest, quod inter tantos non habeant aliquem de allegatis, & postquam testibus & glosis reliatis configitur hodie ad authoritates et (si hanc corruptelam damnauerim) tamen hoc tempus istos mores postulat, sed praeauendum magis est a proponendo falsas conclusiones, & falsos terminos, quam ab auctore erroneis, & Doctorum authoritates pluribus modis allegari possunt, primo in puncto, secundo in terminis, tertio in argumento, quod pluribus ac varijs modis contingere, potest quarto per inductionem, seu per illationem, quinto in proposito quarto pro favendo Doctor amico suo: nam uno ex supra dictis modis Doctor a Doctore honorari potest, quod si cum duobus verbis non facit, quid sperando de factis & qui indignantur de opere proximi sciant quod opus indignantis non erit minus laudabile, ultra quod animi nobiles est reciproca gratitudo, & per contrarium alieni honoris suppressione incidentiam sapit. Nec est aliquid dictum quod prius non fuerit dictum, & ad hec vide que dixi in 4 par. sub num. 148. & 250. & in 5. par. num. 127. & 274. tamen sunt excusati Auctores si alios quos non habent, non allegant, & ad hanc supra dictum propositum in quæso Euerar. in procēm. suæ Centur. qui pulchre loquitur, & ipse cum Virgil. ver. concluso sit inquietus.

Sic vos non vobis nūdificatis aues:
Sic vos non vobis vellēta īfertis oues:
Sic vos non vobis millificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratro boues.

* Veruntamen adiutati, et procuratores causam iniustam patrocinare caueant, postquam cognoverint iniustam esse, ne dici possit i imprōbarē praebes auxilium? vt in Paralipom. c. 10. & itam Dei praeuocas. iux. dictum Apostol. ad Romani. cap. 1. at prius inuestigandum est de proprijs meritis causæ, vt comperta veritate demum fiat resolutio an causa sit patrocinanda, vel responda: nam si a principio videbitur iusta, & ex post facto detegatur iniusta, tunc excusabuntur secundum Sanc. Thom. 2. 2. q. 21. att. 3. & 22. q. 62. artic. 7. latè Seraph. Cas. conscienc. 6. Nauar. Manual. confess. c. 25. nu. 28.

An forent pacta cum clientulis iniri possint dixi de pacto quæ litis in quarta part. sub num. 239.

* Nunc quo ad conscientiam dico quod a moto fine lucri semper viro egenti permittitur suis succurrere necessitatibus e. que propter necessitatē de reg. iur. non de re, ne super ea de qualis est, ne forte per fas & nefas patrocinetur, sed de pecunijs & rebus proprijs que non sunt in līte litigatorijs. S. Paul. qui militat suis stipendijs vñquam. 1. Corint. & Dominus ordinavit ijs qui Euangelium annunciant de Euangeliō viuere, & qui altari servit, de altari viuere debet, sed hoc profecto verum est quando vere altari propter Deum, & non propter se ipsos seruiunt vnde in prædicando, in diuina celebrando, in peccata audiendo, & sacramenta administrando dignus est operarius mercede sua Matth. & Luc. c. 10. & S. Thom. 2. 2. qu. 100. Concil. Trident. sess. 5. capit. primo & secundo Seraph. cas. 14. & capit. 20. qui vide. Sed quisquis onus suum portabit, qua de re vñus sedere, alter

veto totum laborem & pondus dici & æstus ferre non decet, nec licet per substitutum servire iuxta leg. viam veritatis. ff. locat. cum sit electa industria persona, de hac re vide quod dixi parte prima nume. 263. & in secunda parte sub nume. 265. in tercia part. sub nume. 263. parte quinta nume. 79. Nisi à superiori fuerit dispensatum.

407 Redeundo ad propositam materiam circa æquitatem quæ in numero consistit, adhuc dico quod etiam locum habet circa nume. testium, vt plenè dixi in pract. de test. part. secunda vbi dictum fuit quod statutum æquitatem, sapit per quod minor numerus testium sit sufficiens, quam sit de iure communi per Batt. in leg. de quib. col. 11. num. 28. de leg. Ias. in l. cunctos populos Cod. de sum. Trin. & fid. cat. Asin. in practic. §. 19. cap. 38.

408 Et circa numerum Doctorum in faciendo communem, vel magis communem scias quod illa opinio quæ est iusta & æquale præualet, nec vinci poterit subtilioribus rationibus maiori numero doctorum, Corrat. d. suo. tract. com. op. in princ. num. 22. inspect. prima nu. 85. & dixi supr. num. 294.

* Et in proposito huius prædicamenti aliqua libenter dicere in materia Asis, quæ cum sit de se nimium prolixa, remitto ad Bud. qui amplius de Asse tractatum fecit, & ad Geor. Vallen. Plaie. d. tract. de Reb. expeten. & fug. qui luculenter explicauit.

409 Et in quantitate animantia viuunt nequam excedentia, sed ad saturatatem tantum, edunt, bibunt, & dormiunt, quantum sufficit quodlibet iuxta naturam propriæ speciei, ultra vero non, at pro pudor humor solus etiam quod sit rationale animal, insatiabilis est, quique compitus est diuersorum humorum, à simplicitate & puritate adeo alienus est, nimis si animi passionibus animi & corporis sit subiectus, ut aiunt Aristot. Plat. Epicur. & alij, & ipse homo nam quæ corruptibilis est, nunquam in eodem statu manens, Job. capit. 14. nec vñquam satiabitur nisi, demum quando apparebit gloria Dei. Paul. Apost. ideo homo quantus qualis esse debet finem hac respiciat.

* Postremò in hoc prædicamento quantitatis scias quod ratione multitudinis æquitas non patitur, vt rigor pœnae æqualiter exerceatur in omnes, est enim materia leg. aut facta. §. fin. ff. de pœn. terigi in quarta parte nume. 82. & 153. & id ab æquitate non scripta prouenit, vt à sola clementia Principis, Matt. Laudent. de Princ. conclus. 112. quem alleg. Boff. titu. de Remed. ex sola clement. princip. sub nume. quin quagesimo secundo Clar. §. fin. quæstio. 60. vers. 1. allegatur, vbi adducit Angel. in leg. is qui opera. ff. de furt. & latè per Tiraquel. de pœn. temper. caus. quadragesimo septimo dicentem, cum multorum strages iacet detrahendum esse seueritati, per capit. constituerunt in fin. 50. distinctio. & per alia iura allegata ibi à Tiraquell. at si essemus in assaliniis, & atrocioribus delictis tunc ad expurgandam prouinciam, ab hac infectione pestima farinellorum, non esset habenda ratio multitudinis per leg. congruit. de offic. præf. & vide Tiraquell. vbi supr. nume. 137. Sed in alijs casibus, & personis, pœna corporalis ob multitudinem, conuerti sollet & in pecuniariam, & vbi totius exerci-

tus deliquit necessaria est venia numero quinto, & in delicto ciuitatis sunt puniendit tantummodo. Authores, reliquis verò indulgendum num. 6. licet aliter sequatur. Quoniam quicquid delirant Reges plectuntur Archivi. & vbi imineret scandalum in puniendo multitudinem, simulare loco prudentia est, num. 14. & de toto cetero, seu Conuentu vnius Religionis. Tiraq. ait, quod & si patetur eis pro pena corporali, non tamen à pena Diuini iudicij, ut num. 11. & 15. & de hac materia vi. Doc. in l. quoniam multa facinora, C. ad leg. Iul. de vi. public. & Luc. de Pen. in l. siue, C. de exact. & execut. lib. 12. & Bat. & alijs in d. l. aut facta, ff. de pen. in quantis autem multitudine consistat dixi sub numero 82. & 153. par. 4. & per Menoch. de arb. in no. addit. Cal. 598. centu. 6.

* De vniuersitate, vel Collegio delinquentibus Tiraq. numero 6. ait quod si somno campanæ congregatis gentibus, acclamando, ac concitando, vt fertur populum ad rumorem, all'arme, all'arme, amazza, amazza, fuora, fuora, talis vox seditionem inducit, vt ait incertus Author. tract. de seditionis. tunc collegium, aut vniuersitas dicuntur delinquere, & in hoc pena acerba erit ab authoribus sentienda, alijs vero tanquam aibus volantibus indulgendum erit, vt tenet Menoch. d. cas. numero 598. numero 13. & seq. centur. 6. vbi dicit quod Collegium, & vniuersitas dicuntur corpus inanimatum, & fictum, quo fit quod dolo carere dicatur, & sic non erit punibile, nisi in casu læse Maiestatis, in quo nomen quoque rei aboletur, & domus demoliriuntur, & Ciuitas ad Aratum damnatur, vt dixi in 4. par. sub numero 518. & trad. Bajar. ad Clar. quæst. 60. numero 191. qui refert, quod scripsit Joseph. de Bell. Iudaic. lib. quinto, dicens quod animaduersio in singulos usque ad factum procedere, debeat in multitudinem verbotenus: illa usque ad penam: ista usque ad correctionem, & quod hæc fuerunt verba Tuij Imperatoris in obsidione Hierusalem. Luc. de Pen. in l. siue ex Prætoriano, C. de exact. lib. 10. & Clar. quæstio. 77. versic. item Ciuitas, dicens quod Ciuitas committens contra Episcopum suum, vt percutiatur, vel vt capiatur, aut banniatur est interdicta clem. si quis suadente, de pen. idem si ab aliquo in loco Episcopus detineatur inuitus à Domino illius Ciuitatis, vel à Republica allegat Tort. inter consil. Anto. de Burr. consil. ultim. & dicit, quod ista est comm. op. & quod cessante detentio interdictum cessat, & de occidente Episcopo trad. Card. Flor. in clem. prima, §. ciuitas, & adduc. ad Clar. d. quæstio. 77. numero 29. cum sequent, vbi de statuentibus contra libertatem Ecclesiasticam, & hæc specialitas quod ob multitudinem delinquentium locus sit indulgentia, procedit de æquitate quadam non scripta. At indulgere obsexum, æratem, ignorantiam, furorem, ebrietatem, iram, prouocationem, & huiusmodi oritur ab æquitate scripta, vt alijs dixi, & ex traditis à Tiraquell. d. tract. de pen. temper. per tot. Sed, vt ciuitas dicatur hæc requiruntur. Vbi rex, vbi Curia, vbi Ministri, vbi Plebs inuenitur, ibi Ciuitas. August. Psalm. 9.

DE PRAEDICAMENTO Qualitatis. 3.

410



Valitas secundum Philosoph. est secundum quales quidam dicuntur, vt refert Titelma. in Dialect. super hoc prædicamento. cap. 41. Nos autem secundum legales terminos dicimus quod qualitas est, quæ sine subiecto state

non potest, l. 4. §. fin. vbi not. ff. de act. empt. adeo quod Bal. in l. ea, quæ sub num. 7. C. de condit. indeb. ait, quod qualitas reperitur in omni prædicamento, & quod omnia prædicamenta suam

411 qualitatē habent, & ibi dat exempla, tradita à Bar. in l. aut facta, §. qualitatem, ff. de pen. vbi vi. Hinc dicitur, quod illud, quod non est, nullas qualitates habet, vt l. prima, ff. de hær. institu. & quod intentionem agentis cognoscimus à qualitate actus gesti, l. non codicillum, C. de testa. Stateramque nostram æquitatis, & rigoris maximum locum habere in prædicamento qualitatis, & quisquis tali se effectu

412 præstare debet qualis sermone se offert, l. penult. ff. de condit. Institu. Qua de re ex verbis vere naturaliter, & moraliter obligamur, vt per Doct. in Rubr. & tot. tit. de verbis. obligat. sed facta sunt potiora verbis, l. de pupillo, §. meminisse, de oper. nou. nuntiat. Vnde in pioucibio vulgariter dici solet. Buone parole, e carni fatti ingannano i sauij, e li matti, sed simile loco prudentia est, dum sapit patientiam ferre, non autem vindictam differre, ad hæc vi. Psalm. 117.

413 Circa facta præstanda æquitas non patitur, patitur quis ad impossibilia teneatur, vulg. iur. nec ad id, quod est contra bonos mores, vt in stipulatio hoc modo concepta, de verb. ob. nec patitur, vt in præjudicium filiorum nostrorum omnia nostra donare possimus, alioquin donatio retractatur est nota materia, l. si vnuquam, vbi latissime. Plot. & Tiraq. C. de reuoc. donat. Nec de

414 Rebus nostris possumus, ita obligari, aut disponere, quin iura circa nos, & nostram voluntatem, ac res nostras, locum non habeamus, tristitia. non aliter, de leg. 3. ratio est, quoniam æquitas simul & honestas minimè patiuntur, vt contra iura disponamus, turpe lucrum queramus, aut turpiter agamus, vt esset si turpem personam quis hæredem institueret: nam obstat dispositio, l. in hæredem, ff. de calum. l. videamus, ff. quod met. cau. & d. l. stipulatio hoc modo, ubi Bar. & alijs, de ver. ob. quapropter frater agit querela inofficiosa contra testamentum fratris in quo turpis persona fuerit instituta, l. fratres, vbi Doc. C. de inoffic. testam. nisi fratris agenti obstarerit ingratitudo magna: nam excluderetur, vt tenent Doc. in d. l. fratres.

* Abhorrenturque spurij, qui sunt magis odiosi, quam naturales; quoniam spurij penitus repelluntur à successione, nec sunt nominandi naturales, vt dicit tex. in auth. ex complexu, C. de incest. nupt. & in §. fin. in auth. quomo. nat. effic. leg. & 35. quæst. 7. cap. primo, pulchre Dec. consil. 433. numero 15. & 16. idem in consil. 305. per

pēt tot. vbi nec patri, nec matri succedere possunt, sed miserationis gratia potest capere tantum quantum pro alēdis eis necessitas postulat, auth. licet, C. de natal. liber. Clat. §. testamētūm, q. 3 i. vers. sed quid, Dec. consil. 576. num. 1. & 2. vbi de æquitate Canonica quando is natus modum non habet aliunde uiuendi, soluuntur alimenta, cap. cum haberet, de eo qui dux. in matt. quam pol. Doc. in l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. deliber. cognoscen. & seruat etiam in foro ſeculari, vt dicit Abb. in d. cap. cum haberet, quem sequitur Dec. in consil. 310. num. 3. ratio denegandi ſucceſſionem eſt, vt auferatur hoc nefandus coitus.

* Sed an ſpurij Matri ſuccedere valeant diſtinguendum eſt, quod ſi ſpurius ex coitu non damnabili natus eſt matri ſuccedit non illuſtri, l. si qua illuſtri, C. ad Orphic. vbi gloss. Crass. de vlt. volunt. §. ſucceſſio ab in teſtato, q. 20. nu. 4. & qua liter ſpurij ſuccedere, vel non ſuccedere valeant, vi. Caualca. decif. 10. per tot. p. 3. & quo ad alimenta vi. quaē ſupra dixi, in hac 6. par. ſub num. 118. vbi dixi alimenta etiam deberi ſpurijs filijs ſpuriorum.

416 Præterea iudicium habet ſuam qualitatem: nam ſiue efficax ſit, ſiue non, talis erit illius executio de ſtricto rigore iuris, at de æquitate ſubſtituēti poterit, ſi vitium nullitatis non erit in qualitate ſubſtantia, vt multis modis ſaluandi iurisdiſtionem, proceſſum, acta, & ſententias doceat Vant. de nullit. tit. Qualiter ſenten. & proceſſ. Qui dic null. defen. ſeu repara. poſſ. & ſic quale erit iudicium, talis erit executio regulariter.

417 Item qualis pater talis filius, adeò quod filij naturaliter hæreditant morbos parentum, vt de Podagrosis, & leproſis ac quibusdam affectibus, qui à ventre ſuſcipiuntur ob corruptionem ſanguinis, vt ſcripsit. Georg. vall. d. trac. de reb. experien. & fug. lib. 26. ſed ſummo pere quo ad mores filij ſequuntur parentes vnde Poeta noſter filiam ſimilem eſſe matri dicit, niſi citò filij exeant ſub eorum potestate, & ab alij honeſtē educantur, & prudenter gubernentur, quodque non ha- bet opus allegatione, quia experientia quotidie ostendit hoc.

418 Cæterum quo ad debitum filiorum erga pa- rentes dictum fuit in prima par. ſub num. 283. dicimus. Quod primo Deo, ſecondo Parentibus, tertio Patriæ obnoxij ſumus, & ijs duobus propter Deum, & tu Deo præter omnia, dicebat S. Thom. de Aquin. & de tali obligatione traſtāt Iuriscons. in l. 1. ff. de ventr. in poſſiſſ. mitt. & Cic. ad Marc. Eni. in 2. libr. Epift. famili. antepo-ponit amorem Patriæ, parentum amori, & eſt tex. in l. qui habebat, ff. deleg. 3. & in paritate potius eſt parentum patriæ, quam parentibus, l. postliminum, §. filius, de capt. & postlimi. reuers. & Paph. apud Terent. in Hecyr. auctu. 3. ſcen. 4. dicit parenti potius, quam amori, obſequi oportet, & dicunt filium poſſe impunē occidere Pa- trem propter ſalutem Patriæ, l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. fun. Etēnīm omnis peregrinatio obſcura, & ſordida eſt ijs quorū industria in Patria poſteſt eſſe Illuſtri, & Ciuiſ eſt, qui pa- triam ſuam diligit ac bonos mores, & omnes patriotas ſaluos, & incolumes deſiderat, quod eſt not. contra abnegantes propriam patriam, & inuidentes patriotas, qui patriam iuſtificant ve- rum ad inuicem patriotam eſqualēs amore quam uis in eſqualēs morum eſſe debent, cum naturale vinculum Patriæ extet quo mutua ſibi officia

præſtare teneantur, ita omnes homines ſibi in- uicem, ſi non ranto, tamen aliquo certè naturæ debito obſtricti ſunt, leges namque æquitate, ſuadente naturali voluerunt nos alieno occurre- re delicto, atque hoc quemlibet obſequium præſtare debere, vt per l. lege Cornelii ad leg. Cor. l. Creditore, ad leg. Iul. de publ. iudic. & in cap. quanto, de ſentent. excommu. Quanto magis erga ſuā patriæ viros benemeritos, pu- deant ergo Inuidentes, quorum cupiditas, & ignorantia deuinctos tenent, animos, Careant ſuccesſibus, qui malis moribus eorum animi, & naturæ vilitatem turpissimè afficiant. Sed & quo ad obedientiam filiorum certum eſt, quod in adolescentili ætate, omnia rebus, quaē ad affectionem amoris attinent poſponi, extat pulcherrimum dictum vulc. qui cum agrè induceretur ad ligandum Prometheus, iuſſus à Ioue Patre tandem id facit dicens, negligenter agere sermones patris graue eſt, vt refert Exhil. in. princ. Tragediæ Prometheus ligat. & hinc Vlp. in l. 1. ff. de obſeq. libertorum grauem poenam indicit arbitrio Iudicis, filiis qui patrem & Ma- trem (quos veneſari oportet) contumelia affe- cerint, idem in l. liberto. eo. tit. alioquin qualia parentibus feceris, talia à tuis liberis expectes, tot. tit. ff. quod quicque iur.

419 Parentes autem tenentur alere, & educate filios, vt dixi in prima par. ſub numero 283. & filiabus dotem conſtituere iux. qualitatem pa- trimonij, l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. obli- gamur, vbi Doctor. de action. & obligat. alio- quin agent querela de inofficioſa dote, vt C. de inoffic. dot. æquitas enim ſcripta doceat, vt fi- lia decenter detentur. Campeg. Bal. Nouell. & alij, de dot. & Priuili. eius, & de hac re fa- tis dixi ſupra in d. prima par. loc. cit.

420 Tandem qualis quicque fuit talis eſte pra- sumitur, vt alias dixi in materia extensionis in quarta par. ſub numero 434. & in tercia par. ſub nu. 260. & dixi qualitatem poenae iudicari à qualitate delicti, per Soc. consil. 157. pat. 2. & quod qualitas Rubri facit interpretari ni- grum, vt trad. Doctor. in Rubric. & l. fin. ff. de her. inſtitu. & in Rubr. ff. ſolut. matrimon. & à qualitate præfatij mens legislatoris declaratur, ſecundum l. Imperatores, ff. de in diem adiect. & dixi in quarta par. ſub numero 43.

421 vbi caſum incontingentia facti narraui, cum ſequent. & à primordio tituli qualitas materia ſequenti cognoscitur, l. vniſca, in fin. C. de impo. lucr. deſcript. libr. decimo, & facit text. in l. prima, §. fin. de orig. iur. & in l. item, ff. de pact.

422 Verum, quia qualitas in æqualitate conver- titur, & iuſtitia effectus eſt, omnia ad æquali- tam ordinare ideo dicendum eſt in quibus æqualitas conſiſtit, de qua re copioſe traſtāt La- ctan. lib. 6. Diu. iuſti. cap. 15. quem refert Tiraq. de retract. confangui. §. 35. gloss. l. num. 13. Af- flati. ſuper 3. feud. tit. quae ſit prima cauſa, §. ſed quia, num. 4. car. 179. vbi multa bona in hoc pro- pos. ſub num. 5. & omni iure æqualitas eſt valde deſiderabilis.

423 Iamque primo non erat diſtinguo liberti- norum, & ſeruorum, omnes enim naturaliter li- beri naſcebantur, & omnia communia erant, tot. tit. de iur. nat. gent. & ciui. & tit. de ijs, qui ſunt ſui, vel alie. iur. & trad. Doc. in Rubr. de acq. ter. dom.

424 At antiquo tempore vigebat illa lex talionis

tigorosa sine vlla distinctione, quoniam accusator eandem pœnam patiebatur, si non iustificabat accusationem suam passuruserat accusatus accusatione probata, unde dens pro dente, oculus pro oculo, membrum pro membro dabantur, & de in Exod. cap. 21. & accusator tenebatur se subscribere ad pœnam talionis. vt l. fi. C. de accusat. & per multa iura, quæ adducit Pet. Duen. reg. 27. in veib. accusans, quam in desuetudinē abijse dicit, imo Pretorij iuris æquitate, & clementia fuit reuocata, vt testatur aulus Gell. lib. 19. noct. Atticar. ultra quod propter illud antiquum rigorem, multi accusare renitebant, & delicta s̄penumero impunita remanebant. contra l. ita vulneratus. Ad leg. Aquil. sed contra testes qui dolosè mentiuntur, & sunt causa quod Innocens quandoque pœna capitali puniatur, adhuc pœna talionis viget. vt dicit Duen. d. Regu. 27. Sed est in arbitrio iudicis supremi, ijs casibus, seruare rigorem propter magnam criminum atrocitatem: Nam contra scelestos homines æquitas dat manus rigori, & ideo lex talionis non fuit in totum sublata, & hic vi. quæ dixi in prima par. numero 8. & seq.

425 Et quia dixi quod in illa ætate prima omnia erant communia, nedum res, sed vsque ad uxores & filios, & quæcumque alia quæ sub nomine fortunæ appellabantur, hæc quidem erant adeo communia, sicut lux solis communis est omnibus, tā iustis, quām iniustis, quod procedit à prouidentia & benignitate Dei.

426 At euenit quod in secunda ætate successerit illud ius valde perniciöissimum, videlicet mei, & tui, quod ius ob nimiam hominum auilitatem, et propter grauem eorum malitiam, ac religionis negletum, causa fuit omnium malorum: Nam hoc meum, & tuum dicuntur illa duæ cornua illius magna bestiæ projectæ deorsum, descendentes de terra de qua Io. in Apocal. dixit capit. 12. in celo lucifer quod solius Dei est, suum quoque esse præsumpsit audater dicere, & projectus semeni tanti mali in terra seminavit, hinc iustitia leditur, homines altercantur, ciuitates desolantur, factiones oriuntur, & regna aduersus Regna commouentur, religio spernitur, & diabolica ratio status in hæresim sapientia incidere prudentes facit.

427 Sed pro dolor quod peius est, quasi pro Deo colitur ratio status, hinc lucifer in Paradiso terre strisusit Adæ, & Eue, ritis sicut dixi, nequaquam moriemini, et factum est quod nedum ipsis, sed ceteri omnes in mortem inciderunt, & omni beneficio priuati remaserunt nudi in digestibus folijs ut coopetiri possent, & nucis quibus porci manducant, ut saturati valerent, quorum exemplum erit in medicina aliorum. nūc dico quod illud quod per anteā etatē commune, ijs omnibus erumnis factum fuit nullius. vt ait Plato libr. 5. respons. de quo tractat Gugliel. de Rouel. d. suo tract. de iust. & iur. lib. 2. c. 1. tom. 1.

428 Et multoties videmus quod inter duos litigantes tertius gaudet, nimirum si opus fuit & est auctoritate Brachij Regij, quamvis dicatur, quicquid delirant Reges plectuntur Achiui. verum in statera æquitatis, & rigoris talia deliramenta minimè pensantur, nec in ea ratio status ponderari valet, est enim tam grauis, quantum est diabolus in inferno.

429 Et omnia in illa etate mei, & tui, gubernabantur propria ceruice, caliditate, ac arbitrio sine lege, & sine ratione, sed ad solum nutum, sive bonum, sive malum propriè passionis, occulto odio,

& interesse similitate pleno, ideo, vt dixi, sunt ciuitates destructe, populi dispersi, & res publica fræta sunt sub Rege tributaria, & submissa iusto Dei iudicio sub uirga ferrea, & exinde auctoritas attulit arbitrium magnum, & amplum super æquo, & iusto, modo rigorose, modo clementer illud exercendo prout & sicut occasio dabat, tam pro bono publico quam priuato, l. secunda, de origine iur.

430 Deinde legibus adiuventis, ut homines insuum tuerentur, & obtinerent omni promptiori remedio omnibus solemnitatibus, & apicibus iuris despretis, sed sola facti veritate inspecta procedebatur, vt & praecedi potest. Bologn. d. tract. de 431 leg. iur. & æquita. c. 10. per tot. Ex ijs nulla melior via pro gubernanda Rep. reperiri potuit quæ res ad equalitatem reducere, ac æquitatem seruare, non ut olim in certis rebus, sed in omnibus, et cum libramine stateræ iusta, cum distinctione rerum, & personatum, cum religionis intuitu, & bonorum morum obseruantia, & præcipue ad 432 laudem Dei, Vnde pro æqualitate ista fernanda, dici solet tantum mihi, quantum tibi, vt l. inter pares. ff. de test. & ideo nisi quis a pluribus concinatur, vel numerus testium sit maior pro una parte, quam pro alia, & melioribus fulciatur rationibus condemnari non poterit, sed absoluiri, per reg. semper in dubijs, cum simil. de regu. iur. quia in dubio semper prioniores esse debemus, magis ad absoluendum, quam ad condemnandum, & de hac materia dixi sup. in 3. & 4. par.

Et si pates hinc inde erunt Doctores præualebunt qui melioribus fulgebunt rationibus æquitate in unitis sicuti, & in cōflictu testium dictum fuit. in tract. de test. p. 2. num. 180. & seq. & nota quantum refert esse filium Doctoris, & non fabri lignarij, aut Cerdonis: quoniam in paritate præfertur filius Doctoris, pro quo magis præsumitur iur. not. per Bal. in tit. 2. C. de aduoc. diuerso iudic. l. 1. vbi multa ad fauore Doctoris filij alterius Doctoris, sed hodie Asinus habet caudam farina tinctam existimat se esse molendinarium, non aduertens ad caput suum quod est asinum, & Tiraq. de pœn. temp. in caus. 51. sub nu. 63. dicit quid nemo solus satis sapit, nec vnius cuncta dispicit, ex Arist. lib. 3. Politic. ca. 12. dixi sup. nu. 111. non facile esse unum discernere, & integrum esse iudicium, quod multorum sententijs comprobatur, c. extra conscientiam 64. distinct. & tum est dictum plus vident oculi, quam oculus, & plus duo quam unus solus. Quia de re Decisiones Rhota Romana cæteris alijs præstantiores, & firmiores, nec opus habent alia iustificationes, quia censentur iustificate in semetipsum Caball. consi. Decis. 61. na. 7. & alia Decisiones Rotæ plurim sunt meliores, & vendiores, quam consilium decisum vnius, & consilia decisiva meliora consilijs non decisivis, & melius est consilium non decisivum, quam opinio Doctoris legentis, per ea quæ trad. Cagnol. in l. nemo mutare, sub nu. 9. de reg. iur. qui sub nu. 6. recitat. Aret. dicen quod in hac legali philosophia, qui confidunt in memoria, & intellectu suo, s̄pè grauiter erant, prout omnes nostri maiores prædecessores errarunt, & errant nisi qui gratia Spiritus Sancti in viam veritatis diriguntur, iux. Illud in 3. Reg. Ecce dedi tibi cor sapiens, & intelligens: nā quæ scimus minimā pars eorum sunt, vt dicunt Philosophi, quæ ignoramus, hæc ille tandem scias quod consilium notabilis Doctoris excusat vñitum ab expensis, modo cum scientia sit uitæ integræ.

tegritas. Tiraq. de pœn. temp. caus. 5. 1. nume. 108. sicuti vna bona opinio alicuius doctoris celebratimi excusat iudicem, ut in puncto dixi in 5. par. 434 sub num. 56. & 16. hanc æqualitatem, par in partem non habet Imperium. I. nam & magistratus, & I. Imperium. de iuriū dic. omn. iud. Lille a quo §. tempestiuum ad Trebellia. §. innotuit, & §. quamuis. de sed semper veneranda senatus, & semper prudenter præferendus est, maxime maiorem habens experientiam, & etiam ille qui præuenit, vt dixi in 1. part. sub nu. 87. cum seq. & in 4. par. nu. 244. Decia. de delict. tom. 1. libro 4. cap. 20. & 21. Grammat. Decis. 30. vnde dicitur quod asinus indignatur quando per comparem apprehenditur sic no. glo. in l. hæres. ff. de ac 436 quir. hær. sed homo docilis & rationalis minime indignatur: nec iur. sapiens gloriatur: Nam enim qui se commendat, sed quem Deus comendat ille probatus est.

Evidem qui ad modum dilatant fimbrias indignantur se ipsos non cognoscentes indignationem Dei incurant. Mundus quippe magnus est, nec in uno solo tota est restricta scientia & favor coeli, vni factus multis alijs fieri potest.

Ex supra dictis infertur quod si superior sententia statulit per quam aliquem bannuit, etiam a loco inferiori, inferior saluum conductum bannito concedere non potest Doct. in l. penal. §. saepe. ff. de aqua plu. arc. Bar. in l. 1. in fi. ff. a quib. appell. non sic. & c. 2. 1. distinc. quod facit pro limitatio ne ad ea quæ dixi, sub nu. 309. secundum primā impress. in 2. part. & secundum impress. Memanic. sub nu. 3. 14. quoniam regulariter saluus conductus non potest fieri nisi à Principe vel ab eius locum tenente Bar. Bal. not. in l. conuentionum in 2. opp. ff. de pac. & alios quos alleg. addit ad Abb. in c. ex parte nu. 5. lit. d. de appellat. ubi dicit quod vtique intelligitur cōcessus vt possit mittere nuntium suum, & habens saluum conductū libere, & secure eundi intelligitur, & redeundi per Bar. & Bal. loc. cit. & in authen. habita. C. ne fil. pro patr. & de rigore non debet seruari saluus conductus ei qui in loco salui conductus, delinquit. l. auxilium de minor. glo. 1. in auth. de manda. princ. in §. neque & dixi supra d. part. 2. sub nu. me. citat. & hoc non obstante iuramento, & ideo unus qui habens saluum conductum, expedit monetam falsam fuit Padua suspensus, vt ait Add. ad Abb. in d. c. ex parte num. 5. lit. d. in fin. de appellat, & nota quod ad duplē effectum saluus conductus datur primo ne exequatur interim contra eum sententia aut ne ob debitum capiat, & hoc modo prodest, sed si fit saluus conductus, propter metum inimicitarum, & farnellorum aut capellatorum, tunc non est fidendum, immo stultus diceretur qui tali saluo conductum fudit. c. accedens il 2. vt lit. non contest. vbi Abb. Felin. in c. cum R. sub num. 1. & 2. De offec. & por. Iudic. deleg. & hoc excusat reus si nolit venire Barto. in leg. is qui reus. ff. de public. Iudic.

Hinc opportunè quero an in curia, seu in foro hoc est in loco iudicij, nos diceremus in palatio communis vbi ius redditur quis capi possit, hunc articulata à nemine tactum fuisset reperti in meis libris nisi a Put. de syndic. in verb. captura. c. 6. vbi tex. per eum alleg. nihil per eum, & videtur quod non: nam locus iudicij debet esse patens & tutus tam in ingrediendo quam in egrediendo, & non solum partibus aduocatis, & procuratori bus, verum etiam ipsi iudici d. c. ex parte vbi Ab-

bas de appellat. c. statuimus de offic. deleg. libr. 6. Felin. in d. c. cum R. sub nume. 1. de appellat. id ē in c. accedens il 2. vt lit. non contest. c. cum olim. in princ. de testa. Qua de re si quis alium vocauerit ad iudicium & ibi curavit eum in carcere coniici facere antequam discedat non potest face re, quia locus tunc non dicitur tutus. Pat. consil. 28. nu. 6. vol. 4. Et si non licet quem in domo propria capere ex quo domus vnicui que tutissimum refugium esse debet, vt in l. plerique vbi Bar. Bal. Ias. & alij. ff. de in ius voc. quanto minus, in prætorio, in Ecclesia, cuius immunitas a Deo data, nullis principium constitutionibus nullis legislationibus, conuelli aut leuari potest c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. Aufre. Decis. 422. Turre Crema. ad c. sacrilegium 10. qu. 4. & mille alios, immo nullus Christianus vere Catholicus ab hac op. dissentit Petr. Pech. de iur. sistens. & manū iniec. c. 6. sub num. 1. & Iaco. de Car. in suo tract. de repræsal. in 2. part. sub nume. 7. ait quid contraria hanc libertatem ecclesiasticam, non valere, non solum statuta & consuetudines, sed nec contra priuilegia concessa a Deo, & Pontificibus ac Imperatoribus ecclesijs, & earū personis, sed etiam si sint contra ius commune loquens de ipsis ecclesijs & eartum personis, & in alijs locis qui gaudent immunitate vt dixi in prima part. numero 95. 98. 102. p. 1. & nu. 16. ac alibi p. 2. Nec scholaris in scholi capi potest. Rebuff. de priuili. scholar. c. 102. Et si non licet capere debitorem in diebus feriatis, & in nundinis vel temporibus messiura, & vendimiarum vt ait vltra alios Petr. Pech. d. tract. de iure sistens. & manuum iniec. c. 7. vbi latens, alios allegans sic capi non poterit in Palatio iudicis quoniam valet arg. de loco ad tempus, & econtra ut per Euerat. in sua Centur. loc. 40. lit. D. & hoc non solum credo verum esse de iure in debitore priuati, sed etiam in delinquente antequam sit condemnatus, vbi pœna pecunia tan tum veniet condemnandus, secundum eaque supra dixi in 2. par. sub nu. 7. & 23. & in 4. part. sub nu. 265. & 345. quibus in locis tradidi limitaciones quas vide post condemnationem pecunaria priuilegium domus propriæ de quo in d. le. plerique. ff. de in ius vocan. non habet locum ut per Bal. & Ias. ibi quos referr. & sequitur Petr. Pech. d. tract. c. 6. sub nu. 4. uers. pon. sed in debitore suspeccio vere de fug. idem dicendum est, quoniam capi potest etiam diebus feriatis Pech. mox alleget. cap. 2. cir. princ. Caccialup. latè in tract. de debitior. suspect. de fug. quæst. 7. Bal. de Perus. tract. de carcer. cap. 1. sub nu. 7. & omnes hanc opinionem tenent in le. 1. C. de ser. fug. Poteritque capi in loco in congruo, vel alias de iure prohibito, secundum Ias. in leg. si vinum si cer. pet. at referr. Euerat. d. loc. 40. lit. E. sed caue in Ecclesia, & locis sacris, nisi de licentia superioris id fiat, quam dare non solent pro debitis priuatis, sed dum taxat pro grauissimis delictis, de quibus latè dixi in prima part. d. num. 95. 98. 102. & in 2. par. nu. 16. 31. & alibi. Verum quia causarum ciuilium non est proprie materia nostra, ideo consulto admitto sed quid ad criminalitatē consuetudo obseruat quid ad capturam pro quoquæ delicto deueniri potest, etiam vbi ingeritur pœna pecunaria, ut latè dixi in d. par. 2. per tot. sed nunquam consule rem iudici cuiuscunque dignitatis, ut quod in Palatio vbi residet in conspectu suo, dum pars inibi reperitur, quod iubeat manus iniectionem in reū siue pro magna, siue pro minima, siue pro magna causa, quoniam inde solent mali euentus obuenire, &

nire, & caueat ne ipse se intromittat, vt aduerti su
pr. nu. 45. cum seq. d. p. 2. quoniam facta pro infes-
tis haberi non possunt. l. parre furioso. ff. de capt.
& posth. reuer. & ille qui dum putat esse tunc, &
securus coram iudice, & in palatio, dum sentit, &
videt, circundari & ligari a satellitibus ex impro-
viso cerebrum eleuat a suo loco, & licet non re-
maneat in totum excusatus, quam vim pati de-
bet a Iustitia ut int. l. 3. vbi bona glo. ibi. sed quid
si a potestate, & iniuste. ff. de iust. & iur. & pro ut
dixi in dic. 2. part. circa resistantiam factam iudi-
ci. sub nume. nihilominus excusatur in totum a
crimine laesa Maesta. sed de delicto facto in pra-
sentia iudicis. & in palatio, non loquor modo, sed
vi. in prima par. sub nume. 84. & 202. 207. 223. &
229. Item si iudex aequalis tulit sententiam banni,
cum licentia superioris, alter iudex aequalis non
potuit dare saluum conductum, quia per talem li-
centiam sententia iudicatur, ac si esset a superio-
rem lata. Bart. in l. 2. f. ff. de opt. legat idem in sua
quest. incip. Lucanę ciuitatis. Felyn. in c. cum ac-
cessissent, col. 4. de constit. Item si iudex aequalis
faciat bannum, propter quod extendatur ultra
territorium suum, alter aequalis iudex poterit con-
cedere saluum conductum, pro tali banno, ut l. si
na. ff. de iuris. omn. iud. Blanc. in sua prae. prædi-
cta trad. in dicto versi. datis defensionibus. num.
40. 41. & seq. quae sunt notanda in illis ciuitatibus
ut Mediolano vbi sunt plures, & diuersi iudices
aequales, & in ciuitate Florentia, vbi sunt tot Ma-
gistratus. Et de hac paritate multæ regulæ tradun-
tur, quæ sunt super æquitate fundatæ, iure circa
modum procedendi, ut in l. Non licet auctor cum
concor. de reg. iur. & dixi in par. 3. num. 246. & in
440 præct. de test. p. 3. nu. 181. & si alicui concessum
sit ius iniquum, pariter eodem iure aduersario uti
poterit. Odofri. in l. nulla sub nu. 3. ff. de leg. &
restitutio uni concessa, & appellatio, & alia huius-
modi consentent communia, tam impetrati quam
aduersario. ut dicam in predicatione relationis,
& in prædic. passio. & actio.

441 In hoc proposito scias quod in pari turpitudi-
ne melior est causa possidentis, ita dicit Bal. in ru-
br. C. de fid. instru. col. 15. versi. incidenter etiam
queritur Titius produxit. Ias. in §. bonifidei. nu.
81. instru. de actio. Vnde si auctor produxit instru-
mentum mutui falsum & reus exhibuerit aliud
442 instrumentum solutionis falsum stante statuto,
quod committens falsum perdat causam, hoc in
casu auctor, & non reus causam perdere debet. Ba-
nier. ad Clar. §. falsum nu. 284. sed poenam crimi-
nalem utique pro suo facto sentier. & reus quo-
que causam perderet, si illud in causa reconuen-
tionis produxisset, quia ubi eadem ratio, ibi idem
ius l. illud. ff. ad leg. Aquil.

443 Quo vero ad modum iudicandi iudices serua-
re debent aequalitatem c. in iudicijs. vbi Dyn. de
reg. iur. in 6. & hic no. quod sufficit, quod aequali-
tas ab initio seruata sit inter successores, & diui-
dentes, quamvis tractu temporis in aequalitas fiat,
vel aequalitas ad inaqualitatem reducatur, quia fa-
ctum legitima non tollitur. Soc. iunio. consl. 115.
& consl. 119. nu. 28. Bero. consl. 108. in f. Rol. con-
sl. 51. lib. 4. Aymon. consl. 102. nume. 2. & quo ad
contractus satis sup. dixi nu. 240. cum sequen. qui
claudicare non debent dic. l. cum queritur. ff. de
admi. tut. l. nam absurdum, ff. de bon. libertor. &
pro seruanda aequalitate.

444 Si est permisum uni decipere, utique licere de-
bet & alteri, l. in causæ la prima, §. penul. ff. de mi-
nor. dixi supra, nu. 148. & 224. Diaz. Reg. 151. &

in poenis aequalitas, cum æquitate seruanda est:
quia poena est comensuranda delicto. l. sancimus.
ff. de poen. quod & pluries diximus, & facit tex. in
l. comparatio. §. f. ff. de re iudic.

445 Trutina verò iustitiae si declinat, id magis con-
gruit in favorem æquitatis, quam rigoris, d. l. in
omnibus quidem. si verò agatur in puniendo de-
linquentes, qui adiuicem deliquerunt, tunc fieri
compensatio: nam paria delicta mutua compen-
satione tolluntur, ut l. viro atque uxori, f. ff. solut.
matrim. in quo proposito plura dixi. nu. 398. par.
4. & in verb. reconuentio. & in verb. exceptio.
hæc regula ab aequalitate descendit, iuxta. illud par
pari referto. & ex paritate multæ alia regulæ pre-
cedunt: nam sicuti par gradus & affectio in teste

446 tollit suspicionem, ut dixi in præct. de te. l. parte
4. nu. 25. ita paritas eadem remouet suspicionem
contra iudicem, ar. l. non solum. §. marito. ff. de rit.
nupt. & propter aequalitatem ubi militat eadem
ratio, ibi idem ius. vulg. l. illud ad leg. Aquil. cum
parium eadem natura, idem iudicium esse debet,
l. si sacer. in f. solut. matr. ideo caendum a circun-
stantijs, quæ possunt aequalitatem remouere, & in
aequalitatem inducere, & in hoc prudentia iudi-
cis summopere uersatur. sunt enim quidam existi-
mantes iræ per vias planas, & nisi oculata pedi-
bus animaduertant in foueam cadunt. Hor sicuti
parium est eadem natura, ita parium est eadem
potentia. l. 1. §. veteres. de acq. poss. & l. si reus. de
duobus reis. hinc dicitur quod par in parem non
habet Imperium l. ille a quo. §. tempestuum. ad
Trebell. c. innotuit. §. quamuis. de elect. vnde in-
ter iudices sœpè discordiæ oriuntur, quia inter pa-
res inuidia, & semper inter illos oritur contentio
iurisdictionis, & queritur de præventione. de qua
locutus sum sup. par. 4. nu. 379.

447 Præterea paria sunt dicere hæc lex procedit
de æquitate, & illa de rigore, & est ac si dicere-
mus hæc lex corrigit illam glo. in l. cotem ferro,
§. f. vbi Bar. ff. de public. idem in l. ex hac col. 1.
de donat. utilitas ea est quia in qualibet disposi-
tione vbi æquitas militat, rigor cessat d. l. in om-
nibus quidem, & index sequendo rigorem, vbi
æquitatem sequi deberet, iniquitatem faceret,
quoniam licet omnis lex (quantumcunque du-
ra) sit seruanda. l. prospexit ff. qui & a quib. nihi-
lominus subintelligitur, dummodo absit iniqui-
tas, ut declarant ibi Doct. aquirati enim iniqui-
tas repugnat.

448 Hæc tandem materia parium & aequalium,
est valde diffusa, & aliquantis per brocardica, ni-
hilominus quia omnis disciplinæ progressus à
generalibus incipit, ideo sine generalibus regulis
& præceptis non potest ad decisionem particularium
deueniri. §. ijs igitur institut. de iust. & iur.
& ita Porph. docuit in suis prædicabilibus in cap.
de specie & individuis, & Arist. in Topic. & in
6. Metaph. & Iurisconsol. in l. 1. de orig. iur. Nec
quidquam in legali philosophia comprehénditur,
quod non constet huiusmodi regulis, & præce-
ptis legalibus, ex quibus eliciuntur, amplia-
tiones, & limitationes, & causam decisiones, & sine
quibus nullus doct. nullusve iudex recte iudi-
care, vel consulere nequit, nec discernere valet
quid iustus, quid ve aequus sit.

449 Postremò natura ipsa nos docet aequalitatem:
seruare & qui eam non seruant, intus sunt male
& inaequaliter composti, ar. §. pauorum. Institu-
de ter. diuis. & requiritur nedum in negotijs fo-
rancis, & alijs de quibus supra, sed etiam in agibi-
libus mundi præfertum ut benefaciendi benefa-
ciamus

faciamus, & natura ipsa nos docet ut alteri faciamus quod pro nobis ipsis fieri vellemus, & hoc est maximum Dei praeceptum.

450 Hinc ad defensam scripti quod multa fieri possunt & licent dummodo fiant cum moderamine in culpata tutela, ut supr. num. 304. 305. & 306. sunt iura trita & nota, in l. ut vim de iust. & iur. l. vim vi. de vi. publ. & etiā manu armata quā do aliter defendere nos, resque nostras non ualeamus ut in 4. par. nu. 57. & 64. ad quæ addit Felyn. consil. 50. num. 13. & 14. & in pract. de test. par. 3. num. 25. 1. 2. 52. 253. cum seq. & quo ad conseruan dum honorēm, & bonam famam nemo negligens esse debet. Et ijs omnibus, dummodo contra præcepta Dei, nos metipos non defendamus.

451 Rursus in legibus, & statutis æqualitas summopere seruanda est, quia æqualitas sāpē pro æquitate accipitur ut ait Nat. consil. 5. 14. nu. 5. vol. 3. & Iudex minister legis primo in se secundo in alios æqualis esse debet. cap. in iudiciis vbi Dy. de reg. iur. in 6. Qui non debet alijs illam imponere legem ipse seruare neglexerit. c. pro illorum de præben. in 6. l. antepe. ff. de administ. tutor. & tot. titu. Quod quisque iur. alioquin ipse patientur quod alij inæqualiter seruauit Bal. consil. 79. nu. 3. vol. 2. & ex hoc patet quam sit plus quam necessarium superioribus bonum exemplum, pro edocendis inferioribus, qui continere debent se ipsos, ut alij se contineant, alioquin contemnētur, & patientur. l. nulli. C. ne Sanct. Bapt.

452 Secundo quo ad subditos æqualitas est diligēda, omnes enim equaliter legibus, & superiorum ordinibus obtemperare debent, l. de pretio. ff. de public. §. consideremus in auth. de nupt. Nihilominus qui nescit distinguere, nescit soluere: nam per distinctiones tolluntur omnes amaritudines & concordantur scripturæ, & Doctori distinguēti magis credendum est Lanfranc. in c. quoniam contra c. 12. num. 44. in fi. & nume. 45. de probat. quia qui distinguit dicitur adhærente magis veritati Caual. Decis. 15. num. 2. p. 1. Ange. consil. 376. col. 2. & certum est quod distinctione sapit naturā.

453 æquitatis, quæ non omnia, nec omnes eodem modo iudicat, sed distinguit inter casum, & casum, personam, & personam, & penetrat usque ad viuum, & rigor manet in corticæ, æquitas in medulla litera occidit æquitas viuiscat. & sic etiā interiora hominum penetrat, & punit dolosè factum, quod per incuriam excusat. & in pœnis tantum statutarijs & non delicti quilibet excusatio leuis, & leuissima de æquitate excusat, in pœnis vero delictorum naturaliter, vel à communiter accidentibus prohibitorum, rigor locum habet qui non admittit tam facilime excusationes leues vi. in 4. par. sub nu. 461. cum seq. ratio est quia in ijs quæ propriè delicta sunt, præsumitur dolus, secus in illis quæ de sui natura non sunt delicta ut est delictum de non delicto l. 1. C. de sicut. l. non cōcūtij. C. de iniur. Bal. consil. 79. sub nu. 3. vol. 2.

454 Et rigor legis contra lacerantes scripturam, publicam punit eos pœna falsi. Curt. Sen. consil. 56. in fi. Crauet. consil. 6. Felin. in c. accepimus vbi etiam Abb. de fid. instru. Mascal. de probat. conclus. 962. in tantum quod minor non restituitur secundum Deci. consil. 521. nu. 17. & 18. Menoc. de recup. poss. Rem. 9. nume. 43. Nihilominus æquitas distinguendo excusat, rusticum, & mulierem, ergo à contrario sensu non excusat nobiles, & mercatores causidicos, & procuratores, nisi frater fiat Mascal. loc. cit. tenens contra Dec. in minore nā ignorantia, rusticicas, & imbecillitas ce-

rebri, ac ebrietas iræ excusat. Clar. §. fi. q. 60. facit Menoc. consil. 48. nu. 19. cum seq. vol.... quod eo magis procedit, quando lacerans non habet in teresse in tali scriptura lacerata, ut tenent supra di eti doct. vnde non licet socio librum rationum lacerare, quamvis sit promptus rationem reddere, quia sine libris male reddi possunt & tenetur pœna extraordinaria tanquam temerarius Anchæ. consil. 173. num. 6. & si constituerit id dolosè egisse, tunc etiam pœna falsi puneretur Bal. in ca. peruenit il l. de test. cog. latè Mascal. de proba. col. 962. Bar. in l. 6 quis id. ff. de iuris. omn. iud. addit. ad Clar. §. falsum nu. 212. cum plur. seq. & hic nota quod qualitas personæ in delictorum punitio attenditur, quod in delictis particularibus procedit, secus in delictis communibus, ut dixi. De primo habetur exemplum in milite arma vidente, vel pagam furante: nam est magis puniendus ille, quam alter non miles, & quia arma magis congruunt diuitibus, & nobilibus, quam plebeis & rusticis quibus ligones, & manara magis adaptantur, ideo plus puniendi nobiles erunt, quam plebei. ceterum in delictis communibus magis puniuntur plebei, ut pulchritè explicat Jacob. de Beluis. in sua pract. rubr. Quotuplex fint causæ. num. 202. & seq. sicuti plus puniendus est qui in officio suo deliquerit, quam alter, nam cui plus committitur, plus exigitur. leg. fin. ff. de offi. præl. & nobiles si indignè aliquid faciunt id non procedit à prava natura, quia sunt natura nobiles & sanguine delicati, sed evenit propter peccata eorum à quibus obcaecati, nimis si delirant & delinquunt, ut de Rege Salomone ignobiles autem ob sanguinem rudum & vilem ferme à prava eorum natura peccant, et delinquunt, ut illi qui sunt malè educati, in mala sanguinis qualitate ut de Iuda proditore.

455 Et pro æqualitate seruanda, fit relatio legis ad legem. l. Gallus vbi Doc. in §. & quid si tantu. ff. de liber. & posthum. & leges legibus, & iura iuribus sunt concordanda. §. quibus in 1. constitut. C. & l. vnica. C. de inoffic. dot. & eodem modo Doctorum opiniones sunt reconciliandæ Asin. §. 3. capit. 34. num. 2. & qui aliter facit dicitur vir malæ qualitatis cum æqualitatem spernat, ut ille qui se sapientiorem æqualium præstat, & odium concipit contra se, sed quilibet abundat in sensu suo ut dixi in pract. de test. par. 1. nume. 47. vbi tradidi exemplum de moribus dignis Doctorū Genuenium, & propter æqualitatem, & non propter inæqualitatem prædicta omnia fieri debent vnde si sequeretur inæqualitas, relatio legis, concordia iurium, reconciliatio opinionum finem suum nequaquam sortirentur.

456 Et propter hanc æqualitatem lex corrígens intelligitur secundum terminos legis correctæ. §. fi. in auth. C. de fil. ante dot. instru. nat. qua de re si ex correctione insurgeret inæqualitas correctio pro non facta habetur ideoque lex corrígens in actore, vtique intelligitur corrígere in Reo. Euuerar. Centur. arg. a correlat. loc. 76. lit. F. & legis correctio quando reducit ad ius antiquum legē corrētam dicitur favorabilis & æqua, ac ualde extensibilis glo. in c. statutum de præben. Alexan. Iaf. Rip. & alij, quos adducit Menoch. consil. 87. nu. 15. vol. 2. quod deseruit pro limitatione ad 4. par. sub num. 105. & 516.

457 Pariterque lex interpretans intelligitur secundum naturam legis interpretatæ si lex interpreta ta æquitatem sapit. l. nihil & ibi Bar. & alij de coniungen. cum emancip. liber. & d. auth. de fil. ante dot. in-

dot. instru. nat. ibi quod absurdum & capit. & finiti æqualium est idem iudicium. leg. illud. ff. ad leg. Aquil. ita per æqualitatem amicitia conservatur, quamvis supra dixerim inter partes inuidia hoc prouenit quia ille qui æqualis est, amat inæqualitatem, & propter hanc inæqualitatem, sèpè videmus quod affinitates parum durant in pace, duramque digestionem in ventriculo habent, vnde in prima par. sub num. 282. lit. D. dixi si vis nubere nube pari, & fiat æqualitas gradus dote iux. auth. de æqual. dot. alioquin res malè habebunt: Nam si maior ducit minorē cū magna dote, hæc est inæqualitas, quando quidem si nis est dos, non autem matrimonium, male profecto inæquales veniunt ad aratra iuueni, & per rationem æqualitatis seruandæ, & inæqualitatis fugienda conferuntur, quæ alias non essent conferenda, l. pen. §. fin. ff. de collat. bon. Bar. in l. 1. §. nec Castrensem. col. penul. ff. eo. Crauet. consi. 125. nu. 7. ita in dote trad. Surd. consi. 219. nu. 13. Bal. consi. 37. nume. 5. volum. 2. pet l. illud, Cod. de coll. t.

458 Hæc tandem æqualitas oriens ab æquitate est amabilis apud Deum, & homines, summa enim bonitas, amat omnes esse æquales quo ad se, vt scripsit Lat. lib. 6. Diu. Instit. cap. 15. & omnes vocat æquè sufficienter, & vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire, & si perit perditio est ex parte illius, qui non fuit sequutum vocem Dei, largitate, enim sua omnipotens Deus liberum arbitrium nobis donavit, quo qui abutitur, meritò ei dici potest perditia tua ex te Israel, & eadem Diuina bonitate vos sua audita fuit in omnem terram, instituitque Sacrosancta sacramenta, quæ præstat remedia spiritualia omnibus, quantum pro parte Dei conferentia gratiam, vt per belle declarat. Concil. Trident. sessio. 7. de sacramentis.

DE PRAEDICAMENTO.

Relationis. 4.

459  Elatiuum dicitur, quod ad aliud relationem habet, vnde si quis definitiù nocerit vnu relatiuorum, diffinitiù no- scet, & reliquum. secundum Arist. in Dialect. ad quem Tielma. in dicta prædicamentorum proprietate, & septem sunt relativa de quibus dixi in prima par. nu. 48. & 53. vt Pater filius, vir & vxor, & frater et soror, dominus, & seruus, venditor, & emptor, locator, & conductor, actor, & reus, de quibus quoque dicam infra in prædicamento passio, hæc relativa sunt conuertentia. vt ait Arist. vicissim: nam si dico Pater es, ergo habes filium, si maritus ergo habes vxorem, si uxor ergo habes maritum. at Samaritana, quæ iam quinque viros habuerat, non poterat dici mariti sui, at ipsa felix quæ tandem credidit, & nupsit in Domino. Io. in Euang. similiter si dicas tu es filius, præsupponis habere parrem, nisi ad eis dictione, olim. & tunc si filias ergo habes. Paul.

460 Sie de cunctis creaturis dicere possumus, quæ relationem habent ad creatorum quem recognoscunt illarum opificem, & ab eo, suum esse dependens. vnde Arist. admiratione plenus, dixit causa causarum miserere mei, in quibus verbis, potentiā, sapientiam, & bonitatem Dei complexus

est, ac fassus est immortalitatē. licet in cæteris minime penitentia utrūq; vnitatem trium personarum vnius essentia, & substantia esse, & in hoc recurrēdum est ad symbolum. S. Attanasij. nos autem gratias agamus Domino Deo nostro, qui per domum fidei nos illuminauit, Sanctissimam Trinitatem personarum in unum Deum credentes infallibili.

461 Nuc verò secundum nostros legales terminos habemus in materia relatiuorum hanc præcipue per regulam, quod dispositū in uno correlatiuorum, trahitur ad alterum. l. fi. de accept. vbi Bart. not. quod absolute contractu pro vna parte, vtiq; censetur absolutus pro altera parte, intellige in inseparabilibus. & vi. ad hanc reg. Bapt. de Sancto Blas. registratus, in 2. tom. tract. diverso. vbi dat cōtum, & decem ampliations, & totidem limitationes, ex qua regula deducitur alia regula, ut qui

462 condemnare non potest, nec etiam absoluere potest. l. nemo de reg. iur. tetigis in prima part. sub nu. 105. & 110. & Dec. in d. l. nemo num. 2. & 3. limitat in pennis, & correctorijs, vbi fauore absolutionis facultas absoluendi non viderit ad empta. vt si quis absens condemnari non possit, tamen absolui poterit. Doct. in l. absentem. de pen. & of

463 ficium iudicis magis exuberat in absoluendo, quam in condemnando, ratio est quia in aquitate fundatū est. vt l. quoties. ff. de præscr. vrb. ideo dixi iustum esse inhærente rigori, sed iustius est inhærendo æquitati. ad quam iudex semper oculus habere debet. Affl. super 3. feu. tit. quæ sit prima cauf. versi. sed quia sub num. 4. & ad d. reg. vi. Ias. in l. qui condemnare de ré iudic. & hinc malè faciunt iudices qui autem, & laborant magis in condemnando, quam in absoluendo.

* Sed obiter querò stat statutum quod iudex pro sententia absolucionis debeat habere certum quid nūquid habebit illud si sententia erit partim absolucionis, & partim condemnatoria, & breuiter ad ratam habebit, quia idem ius est quo ad partem, quo ad totum. vulg. ur. indiuiduis utile per iniuste non vitiatur, l. 1. §. item queritur, & §. item Trebatius. ff. de aqu. quor. & aest. l. Græci. §. illud. ff. de fid. instrum.

464 Et ad regulam correlatiuorum scias, quod vbi æquitas non suadet in uno, nec locum habet in alio, exemplum est, quod si succedere possumus illis, qui & nobis ipsi succedunt, ut per Cæphal. consi. 3. 55. nu. 114. & consi. 523. nume. 105. & seq. volum. 4. tamen vbi militat diversa ratio, quæ magis fauet vni quam alteri, non procedit, vt in fratre qui succedere potest sorori excluso a successione fratris fauore agnationis, & conservanda dominus, ac diuitias pro nobilitate familie Bal. in l. leg. duodecim tabularum. C. de legit. agnat. succel. Dec. & Cagnol. nu. 19. in l. secundum naturam, de reg. iur.

465 Similiter si filius spurius per dispensationem admissus fuerit ad succedendum patri, tamen Pater non succedit filio spuri propter maculam adulterij. Euerar. in d. arg. loc. 76. lit. F. à correlatis. vbi iura, & authoritates adducit. & inducit quod quando adeat eadem ratio, pena in uno habet locum in alio, per l. illud. ad leg. Aquilin. sicut dixi quod lex correcta pro actore, vtique correcta esse intelligitur pro reo. & resolutio iure datoris, * vtique resolutum censetur ius acceptatoris, vt l. fi. de accept. & l. quæ rectigali. de pign. Surd. Dec. 326.

466 Dicitur etiam quod relatum dicitur esse in referente, cum omnibus suis qualitatibus. l. ass. to-

to, ff. de hæc. institu. & membra relationem haberet ad suum caput, & naturam distribuere esum, & potum primo in ore deinde ad ventriculum, & exinde relationem ad partes cum omnibus suis qualitatibus, licet excrementa ratione situs, & qualitatis alia crassa, alia tenuia, & ut aqua liquida sicut pro ut, & sicut prudentissima natura hoc effectus parit, & in hoc attende, quia æquitas summopere suadet, ut parcè cibo potuque vatur, non plus quam necesse sit sanum enim, ac benè institutum corpus hac æquitate seruatur, Mensque vacabit artibus, sibi ipsi satis medetur.

Multaque in negotijs forensibus adduci possent, sed magis laboriosum, quam subtile esse ad d. regulam, de qua in d. l. ass. toto, ff. de hæc. insti.

467 At quoniam secundum hanc regulam sententia deberet esse conformis libello, vi supra in p̄d dicamento substantiae tactum fuit, tamen æquitas hodie abstulit hunc rigorem, sufficit enim quod aliquo pacto de tali quali petitione apparet, ita de consuetudine, & ferè vbiique cauetur à statutis, vi. ad hoc Bal. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & posthum. tex. in auth. nisi breviores, & ibi Doct. C. de senten. ex pericul. recit. & in cap. sepe, de ver. sign. Sed in criminali non attenditur quod sententia sit conformis libello, num. 37. & alibi par. 4. nec est necessaria conclusio libelli nisi ad substituendam iurisdictionem quando iurisdictione per conclusionem penderet. Alex. in l. 1. num. 17. ff. de eden. quem sequitur Decia. de delict. libr. 4. cap. 56. tom. 1. car. 176. 468 Sed si libellus formatus erit contra stylum, & consuetudinem loci, ex officio Iudicis poterit rejici, secundum Dec. in l. edita, num. 2. C. de eden. sed non arctatur, & si clara est peccato sat erit, quamvis defuerint aliquæ clausulae apponi solite, & de ijs, ac alijs, vi. plene per Dec. d. l. edita per tot. vbi quid de libello generali, quid de incepto, an & quando & quoties variari, & emendari possit, vi. Menoch. cas. 176. in addit. de arb. & quod etiam verba impropriari possint ad substituendum libellum, trad. Doct. in l. vt verboru n. nu. n. 7. C. qui admitt.

* Verum in hoc proposito si quis rei vendicatione egerit petendo inaduertenter domum, cum petere debebat agrum, vel pratum, & soluit diritura n. vel t. xam aut gabellam, ut fieri solet, in prima petitione secundum ea, quæ dixi in 4. par. sub num. 379. lit. G. & in hac 6. par. sub nu. 239. quaro correcta dicta qualitate vbi domus petebatur, addatur, Ager vel Prædium, nunquid necesse sit iterum aliam gabellam soluere, & breuiet dico, quod non: Nam, licet mutatur res, tamen non mutatur actio, & satis est, quod debito tempore fiat mutatio, & emendatio seu correctione ad trad. per scrib. in l. edita, vbi gloss. & Dec. num. 37. 47. & 53. C. de eden. & ita intelligi debet Paul. Castr. in l. scire, num. 4. vbi etiam alij. de verb. oblig. secus si mutaretur libellus ob mutationem actionis, ut puta si quis prima vice intentauerit rei vindicationis, postea mutato proposito agat hypothecaria, vel in factum, vel alia actione penitus diuersa à prima, ut tenet Dec. vbi sup. num. 45. & est com. op. bene verum est, quod si res nouissime petita plus valeret, quam res prima vice petita, tunc illud plus gabella solui deberet ad ratam, quod intellige quando data, seu diritura, aut gabella soluenda est, iuxta valorem rei, vel quantitatem pecuniarum petitum, & ad hæc vi. etiam Dec. in l. cum quedam

puella, §. fin. num. 3. versic. Tertio quando, vb videtur contrariati Bar. in d. §. fin. de iurisdictione omn. iudic.

* Et te vera mirum in modum prodest clausula saluo iure addendi, vel minuendi: nam illa operatur quod quis obtinere possit mutata qualitate rei petitæ Bal. in l. Nefennius, col. fin. ff. de neg. gest. facit Dec. in cap. ex parte sub num. 72. de Rescr. Pap. in for. libell. in act. real. gloss. saluo iure, vbi optimè distinguit, & vsque quo talis emendatio fieri possit idem discutit, in 2. col. quæ emendatio in facto admittitur proprio cùm tractetur de damno vitanda. Bar. in l. & si me putem, ff. de cond. indeb. & is tenetur reficere expensas Reo, d. l. edita, circ. fin. C. de aden.

469 Pariter æquitas suadet ne liquidum per illiquidum retardetur, quando scilicet est liquidum per testes, aut per instrumenta, secus si per solam partis confessionem, vel quando de proximo illiquidum liquidari non potest, tex. cum gloss. & Doct. in l. fin. C. de compensat. Soc. reg. 86. cum ibi per eum adduct. Ias. in §. bonifici. dei, num. 73. cum seq. de act. dicens, quod infra decem diem potest illiquidum liquidari ad retardandam executionem, & Soc. senio. cons. 51. col. 3. ver. 7. lib. 1. ostendit praxim, & formam huiusmodi liquidationis fienda, hinc dixi quod

470 si conuentio, est liquida, & reconuentio illiquidam & petutum sit consilium sapientis ex forma statuti viraque committi non debet per not. doct. Curt. iun. in l. si quis in conscribendo nu. 47.

* 471 C. de pact. de qua re supra in 5. par. num. 60. & sequen. valet enim arg. à compromisso, ad consilium sapientis vbi eadem ratio militat. l. illud ad leg. Aquil. & certum est quod clara & liquida non veniunt in compromisso. & est com. op. de qua per Blanc. de compromiss. quæstio. 4. num. 3. ergo nec liquida sunt committenda consilio sapientis Bar. & cum eo cæteri in l. ille aut ille. §. cum in verbis de legat. 2. Bal. in l. 2. in fi. ver. ea relatio. C. de leg. ex professio Scal. Pataui. de consil. sapient. li. 2. c. 16. pulchre Asin. in sua pract. §. 25. cap. 2. vbi concludunt, quod verba statuti debent attendi, an statutum permittat consilium sapientis ob suspicionem iudicis, vel ob cius ignorantiam. si ob suspicionem, quæ friuola appetat, tunc in re clara non debet causa committi consilio sapientis, secundum ea quæ dixi in 3. par. nu. 235. multòminus si ob ignorantiam: nam in re clara non præ-

472 sumit ignorantia maxime in persona versata circa illam rem. l. septimo mense de stat. ho. d. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 2. nec est credendum quod electus fuerit iudex tam ignarus, qui etiam super claris dubitet, quamvis multi aquam claram turbidam facere conantur latenti causa. Si vero statutum ait ut quis modo iudicem ad committendam causam consilio sapientis petiat, & illud consilium omnino sequatur, tunc indistincte committere debet, quia non ipse iudex, sed sapiens sententiat. & ad hæc vi. magnam cateruanum Doctorum, quos allegat Asin. d. §. 25. c. 2. & Scal. Para. dicto tract. de consil. sap. c. 16. lib. 2. & ex ijs etiam infertur ad calcula inter

* debitorem & creditorem fienda. quonia in liquidum, non deberet retardari per illiquidum maxime quando liquidum esset ex parte eius qui tractat de damno viendo & illiquidum ex parte eius qui tractat de lucro captando non lucri & damni non est pars ratio ut dixi in 4. part. nu. 182. Secus inter socios, quia summa æquitas id suadet. Petr. de Vbald. tract. de duob. fratrib. par. 6. quæst.

9.vers. Tertio quia secus inter alios Bar.d.l.aufertur. §. qui compensationem de iur. ffc. Alex. consi. 94.vol.4. facit Rot. Genuæ. Decis. 90. nu. 19.

474 Hinc dicitur quod conductor non habet ius retinendi domum, vel prædiū sub prætextu eius crediti (quamvis liquidi) contra locatorem, quia non habet ex credita actionem ullam, aduersus prædium. l. per retentionem. C. de usur. nisi pro melioramentis, vel pro pensione antic ipat e soluta, pro futura noua locatione, & pro alijs expensis in re conducta factis. l.colonus. & ibi Doct. ff. de vi. & vi. arm. latè Menoch. de recip. possel. Re med. 11. nu. 6. & Remed. 15. num. 150. Machel.

475 patroc. 6. nume. 9. Sed circa hæc, locator potest fideiussorem præstatæ de illis reficiendis in casu succumbentia, vel liquidationis sequendæ Benin tend. Dec. 77. nu. 10. vbi declarat quod quando li quidatio expensarū est facta, sed oritur solū dubiū iure, videlicet an expense sint soluendæ tunc conductor nō tenetur relaxare sub cautione. Gozadi. consi. 100. num. 21. & seq. & vi. in hoc propos. Ne gus. de pignor. & hypot. membr. 4. part. 5. sub nu. 6. vbi declarat tex. in l. si non sortiem. §. centum . ff. de cond. indeb.

476 Præterea si sententia reperiatur lata super minus verè relatis, retractari debet, vt dixi in 5. pat. num. 60. vers. & tandem, & licet statutum velit standum esse relationi, nuncij, syndici, comparij, vel saltuarij & huiusmodi, nihilominus contrarium probari potest tam de rigore, & quam de equitate, Hipp. sing. 357. Arno. epit. 25. Tiraqu. de retract. consangu. §. 4. glo. 1. Hetcul. de mod. proban. negat. artic. Mascar. de probat. in verb. damnum conclus. 472. nu. 34. 35 & 36. tom. 1. Bart. in l. si quando vbi omnes. C. vnde vi.

477 Et in proposito libelli & petitionis, aduertant Procuratores, vt semper dicant in scriptis, compare dicto nomine, nam hoc modo non obligat se ipsos sed eorum principales, & non tenentur pro culpa principalis, nisi & ipsi culposi sint. l. ti peralium. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est vi. ext. cum simil. l. culpa de reg. iur. vnde Procurator alieno nomine condemnatus, non efficitur infamis, nec ille pro quo comparuit. leg. furto §. qui alieno ff. de infam. Anto. Rubr. in suo tracta. de potesta. procur. &c. nu. 97. vbi latissimè de procuratore. & Procuratores, & alij qui falsis testibus scienter & dolose vtuntur sine pro muliere, siue pro pupillo, minore; pro causa pia, aut pro misericordibus personis tenentur, non obstante clausula dicto modo, vel dicto nomine, ut firmat Capic. Decis. 67. in princ. & Boff. in tit. de falso. nu. me. 120. & Ana. consi. 12. etiam si haberent mandatum in indiuiduo ad confitendum delictum, quia requiritur personalis constitutio ipsius qui vult gaudere beneficio statuti Capic. d. Decisio. 67. At si procurator dicto nomine, aliquid à iudice petierit, vt puta quod inhibeat alteri iudici, ne in certa causa se intromitrat, uel procedat quia pēdet coram ipso, & inhibitoriam obtineat, & vtaatur ea, licet in aëcis non verificetur inhibitoria, tamen is procurator, non dicitur, uti falsis actis, quoniam inhibitoria in se falsa non est, sed vera, licet erronea à Iudice cœcata fuerit, quoniam iudex tenebatur prius certiorari an penderet coram eo talis causa seu lis, quo casu procurator nō est incursus in penam vtentis falsis testibus, & actis falsis; de qua in statutis vt in simili dicitur de illo qui obtinuit sententiam ex falsis testibus, qui si ea, utatur, non incidit in penam falso utentis, per ea quæ trad. Clar. §. fin. q. 77. vers. quæritur

etiam bene verum est quod illa retractari potest vt sup. nu. 476. sed bene posset audacia procuratori reprimi, ex quo afferuit coram Iudice penderre litem, quæ non pendebat, & mendacium exposuit, & per obreptionem illam obtinuit, punitur iste mendax poena mendaciæ de qua supra sub nu. 319. & seq. & 345. vbi dictum est mendacem coram Principe poenam indignationis eius incurrire qua de re, si D. Buzzella Juris. hæc penderet non esset tam facilis, ad narrandum in precibus coram Principe, quod Procurator ser Petrus, & ser Ioseph. in falso incidentint eo prætextu quod vbi sint tali inhibitoria, petens eos puniti poena falsis actibus vtenti in dicta à statuto, & retorqueri posset contra ipsum D. Buzzellam et dicere ei patere legem quam ipse tuleris, c. cum omnes, cir. si. de constit. l. antepe. ff. de adm. rut. & tot. tit. quod quisque iur. profectio, qui nescit stinguere, nescit soluere satis supra dictum est, vi. in prac. de test. p. 3. à nu. 65. usque ad nu. 72. vbi hæc materiam falsitatis tradidi. Et scias, q. Procurator, aduocatus, fideiussor pro una parte contra alteram ad offensam in causa capitali, dicuntur inimici largo modo, vt per Blanc. de ind. nu. 138. & seq. ipse teneo, quod non possunt verè dici inimici, sed tantum modo aduersarij, nisi de alia causa inimicitia appareat. Blanc. sub nu. 139.

478 Insuper equitas magnam habet relationem in puniendis delictis ad qualitates cause, & personarum, nec non ad animum quo quis deliquit, an scilicet dolo, vel casu, feculere, vel ex proposito, aut prouocatus, item habet relationem, ad modum, locum, & tempus delicto, & poena habet relationem semper ad eius authorem; vt de ijs omnibus satis in 3. & in 4. parte dictum fuit, præsertim relatio habetur ad illum, qui causam damni dedit, l. respiciedum, de pen. l. qui occidit, ad leg. Aquil. c. de cetero, de homic. Damas. reg. Cano. 41. Cano. in c. ex literis extra, de homic. quibus in locis plura documenta elicuntur in proposito isto.

479 Sic demandante dicitur, qui tenetur eadem poena qua mandatarius, quia mandans fecisse dicitur, l. vnum; §. 1. deleg. 2. vbi actus mandanti attribuitur, non minus quam exequenti, l. profectitia, in princ. ff. de iur. dor. Dec. consil. 25. l. dixi in 3. pat. nu. 177. & seq. vbi de excessu mandatarij pro quo tenetur mandans.

480 Nam si mandatarius excesserit fines mandati in delinquendo, mandans regulariter tenetur, sed de æquitate, si mandans aliqua ex causa prouocatus mandatum illud dedit, excedens debet pati poenam sui excessus, quia circumscripta in mandatario causa affinitatis, amoris, & magna amicitiae, nullam meretur excusationem, eo minus si per pecuniam mandatum suscepit, quia

481 hoc in casu vti Assassinus puniendus est. Plac. Epit. delict. libr. 1. cap. 15. num. 5. vbi alleg. Io. And. in cap. sicut dignum, & ibi Fely. de homic. Lancellot. de attenta. par. 1. cap. 1. Cæphal. consil. crim. 36. 37. & 38. Similiter corrumpens testimoni, si est tertius (ad quem causa non pertinet) eadem poena tenetur, qua teneretur ille, qui falso testimoni producit. Clar. in §. falso, vts. subornas. Bertazol. consil. citi. 218. vol. 1.

482 In contractibus relatio habetur ad tractatum præcedentem, l. 4. §. effterri, ff. de manu miss. & l. qui in alium, §. 1s, qui putabat, ff. de acq. hæred. vbi Doct. Itaque secundum tractatum, actus sequens intelligi debet, vi. Mascar. de probat. conclus. 619. num. 1. & 2.. nisi tractatus contra æquitatem esset, quoniam attenditur id quod ma-

gis

gis æquum est, Doct. in d.l. in omnibus quidem, de reg. iur.

483 Item si in uno instrumento scriptum est quo in loco, & in qua hora instrumentum factum sit, & apparet, quod ea die aliud instrumentum factum sit, circa eandem rem, cum clausula actum, ut supra, tunc intelligitur in eodem loco per relationem ad aliud. Doct. in l. secunda, ff. de liber. & posthum. Socin. iunio. consi. 102. nume. secundo, parte 3. Menoch. de præsc. libr. 2. præsc. 84. num. 6. Barto. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden.

484 Et clausula, ut supra, vel finalis, refertur ad proximorem immediata, magis quam ad remota si conuenienter potest, vt quia oratio im media ta sit se parata ab oratione mediata. l. 4. §. tories. ff. de dannis infect. vi. tamen sup. sub num. 244. versicu. & dato quod venditor. & procedit eo magis quando inti, & æquitat consonat, l. hæredes palam, §. sed & si. de testa. hinc est quod quando de consuetudine mentionem facimus, intelligitur de consuetudine longa, cap. Cumana. extra. de elect. tam melius esset dicere, quod relatio fiat ad tres annos immediate præcedentes, iux. text. l. Mela. §. primo, de alim. leg. & per Bald. in l. Binos. C. de aduoc. qui dicit, quod vbi circa salario, aut solutionem mercedis non apparet quatum, vel quanta esse debet, tunc standum esse consuetudini, vt per Put. de syndic. in verb. salarium. & circa hoc dicam in sequenti prædicamento. trad. Euerrat. in sua Centu. loc. ab vslita. solit. vel consuetu. car. mihi 199. lit. C.

¶ Verba quoque relationem habent ad mediocritatem l. si quis venditor. ff. de edil. edict. ideoque in humaniorem, & æquorem partem in dubio interpretari debent, l. si. vbi Bald. C. de commu. ser. manumiss. sive a lege, sive ab homine profertur, per alias supradicta. Vnde si verba de iure intelligi non possint, tamē de facto sunt intelligentia. l. mulier. in princ. ff. de cond. indeb. l. stipulatio ista. §. hij qui sunt. de stipu. lat. At si factum sit iocosum dum modo non noceat, aut contineat contrarietatem, iux. illud Doctor. Quis uetus reddo dicere verum nihilominus habet suum sensum sive juris, sive facti decisuum, l. si quis mihi bona. §. sed quod. vbi Ias. not. secundo, ff. de acquir. hæredit. Et sic non obstat quod uerba non debeant iudicari ociosè, sed seriosè, & cum misericordia posita, cap. solitæ. vbi gloss. in verb. tanquam de maior. & obedien. Bald. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. procons. Quæ si non valent aliud innuere, nisi id quod est de iure commune, tunc ne verba videantur superflua, magis dicendum est, quod posita sint ad recitandum id quod est de iure communis dispositum. vt dixi. in prima parte, sub numero 261. 266. & hoc ad effectum, vt actus magis valeat, quam pereat. leg. prima, de iure codicill. leg. quoties. ff. de rebus dub.

485 Ulterius æquitas suadet ut contractus, inter contrahentes sint correspiciui, & ita pacta adiuvicem censeantur correspiciue a pposita sive per se, sive per alium, l. hac editcali. §. si vero plus. C. de secun. nupt. quo sit quod actus immediate facti censeantur relatiue inuicem correspiciue. & una pars non potest dicere nolo stare pacto tuo, vel patrum meum n præcedit tuum ergo validius. per l. si ventri. §. fina. ff. de priuil. credit. l. lecta. ver. dicibam. ff. si certum pet. & de primis, vt de ultimis verbis in uno contractu, idem ius idem vigor con-

siderandus est. Bald. in repet. l. petens. col. penul. C. de paet.

486 Hinc etiam dicitur quod actus indifferentes, iudicantur boni, vel mali habita relatione ad subiectam materiam, cap. accessorium. de regul. iur. C. quamvis in dubio semper bonum sit præsumendum. l. merito. ff. pro soc. vnde Doct. dicunt quod si frater conuentualis, vel claustralis propriam sororem de oscularetur, præsumendum est quod intuitu dilectionis, & charitatis fraternæ non autem nefanda libidinis fecerit, ut & de clericis loquitur glo. in verb. absit. II. quæst. 3. sed hodie caue, nimis enim malitia pollet. & ad hunc propos. vi. Doctor. quos adducit Menoch. præsum. quadragesimo primo, sub numero vigesimo secundo, libro quinto, Socin. iunio. plura exempla affert. ad dicta leg. merito. ff. pro Soc. in Reg. §8.

487 Item relatio habetur quando qualitas est adiecta verbo, vel participio. quia debet intelligi secundum tempus verbii, vel participij, sive temporis præsentis, sive futuri, sive præteriti, scilicet ad illud quod magis æquum est. vt in §. proximus. instit. de legit. agnat. success. quæ procedunt quando æquitas suadet potius relationem habere ad unum, quam ad aliud.

488 In legibus & statutis relatio multam operatur quoniam una lex aliam declarat, sicut unum statutum declarat alterum, quando æquitas id patitur. l. non est nouum. cuu materia. de leg. & ex hac ratione alias dixi quod rubrum declarat nigrum, & econtra, nume. 420 Doct. in rubr. Cod. Qui admitt. & pone exemplum, quod nunc mihi in contingentia facti evenit, dicit statutum quod feminæ stantibus masculis non succedant, & quod ubi per ascendentis non fuerit eis ordinata, vel taxata quantitas dotis, tunc fratres & alii, qui eas a iure succedendi exclusi teneantur ipsas mulieres exclusas dotare, & pro eis dotem solvere. statque aliud statutum, quod ascendens excludens feminas, teneatur illas dotare. pone quod mortuo suo superfluit ex duobus eius filiis prædefunctis, nepotem, & neptes, ex uno, & solum unum neprem ex altero, & quod feminæ neptes ab suo præterita sint, & sic exclusae sint, tam ex tacita mente testatoris iuxta trad. à Clar. in §. testamentum. quæst. quadragesima secunda, versicu. item quæro. & quæst. 47. quam ex dispositione statutorum. clarum est quod istæ neptes pre defuncto earum patre in vita eatum aui paterni remanserunt in potestate aui, iuxta l. qui liberos. derit. nupt. & §. secundo institu. quibus mo. ius patronat. pot. sol. consequenter aui tenet eas dotare, tum de iure commu. vt dicta l. qui liberos. & per Bartol. in leg. dedit dotem. ff. de collat. bonorum leg. fina. Cod. de dot. promiss. leg. cognouimus. Cod. de hæret. & latissime per scriben. omnes tam Itali, quam citra, & transmontani in l. prima, ff. soluto matrimonio, & esse receptam opin. trad. Crot. ibi nume. 80. Soc. iunio. nume. 190. & alijs quos adducit Pet. Barboſa vir realis. sub num. 110. & 113. tum virtute statuti prædicti. Secundo loc. relati, & si aui in testamento inservit dictos nepotes ex duobus filiis prædefunctis & quis portionibus hæredes, & præteriit neptes, tunc illæ sunt dotandi de bonis aui. & non de portione tantum quæ terigit eorum fratri. quia exclusio ipsarum prouenit ab suo, qui eas præteriit, ideo teneatur dotare. per supradicta, cuius onus transit ad hæredes, leg. L secunda.

secunda. §. ex ijs. ff. de verbis. oblig. Barbo. d. l. 1. num. 115. ver. sed non placet. & sub nu. 116. in fi. quoniam hoc onus est ex necessitate iuris & statutorum. & si filius ipsius testatoris in hoc casu non teneretur dotare filias ut per Barbo. num. 113. & 114. quanto minus frater qui non tene-
tur dotare sororem, nisi in subsidium quando no-
haberet unde dotari posset in bonis parentum
ut trad. Soc. iunior. d. l. 1. num. 199. & Barbo. nu-
me. 125. cir. fi. & nu. 137. ff. solvit. matr. qua de re
statuta haec duo declarantur per supradicta.

489 Modo redeundo ad propositum dico quod si principium legis sit generale, tota lex generalis erit. l. reg. §. fi. ff. de iur. & fac. ignor. nisi æquitas militet magis in uno, quam in alio, & vñq[uod]que verbum in statuto positum esse intelligitur non superfluo. Sed ut semper aliquid boni, & no-
mali operentur, alioquin bono cessante, magis censentur superflua. l. 1. §. non frustra. de iur. iurā.
fallit quando statuta sunt composita à viris igna-
ris, vel rusticis. Menochi. præf. 131. libr. 3. præf.
23. libr. 6.

490 Et quamvis in volumine statutorum adsit aliquod statutum expressè prohibens extrinsecos intellectus vel similitudines, & quod verba intel-
ligi debeant ad literam, & prout iacent ut alias de
statuto Genuę in ciuil. c. 16. verba fisci. in prac. de
test. par. 1. sub nu. 47. lit. H. tamen nunquam in-
telligitur reiectus intellectus, quod à naturali ra-
tione oritur, quia nunquam æquitas ab ea descen-
dens reiçti potest, nec debet. Bart. in l. omnes po-
puli. num. 65. vbi Alex. ff. de iust. & iur. nec reie-
ctus intelligitur sensus per quem absurdum & incô-
uenientia evitantur ut per Doct. in l. nam absur-
dum. ff. de leg. l. vnicia. C. de inoffic. dot. alioquin
statutum esset vinculum iniquitatis quæ procul à
mente statuentium semper intelligi debet. l. meri-
to. ff. pro soc. cum simil.

* Similiter dato quod statutum mandaret quod in causis tractandis seruetur rigor, tamen no-
comprehendit causas pias, pauperum, & aliarum mi-
serabilium personarum de quibus in l. 1. C. quā.
Imper. inter pupill. & vidu. & dixi supr. num. 213.
nec excludit purgationem moræ Alexan. in leg. si
post tres in princip. ff. si quis cautio. Alber. Bru.
in tercia part. statu. in verb. mora. Alexand. in leg.
si insulam. ff. de verbis. obligat. vbi contrariari
videtur.

491 Nam virtus statutorum non debet stare in
cortice, sed in medulla, & sano intellectu, & in
determinatione, ac operatione iusta & æqua, leg.
legis virtus de leg. & l. leges eo. Rot. Genu. Decis.
84. num. 4. vi. Iaf. in l. non dubium nu. 38. 39. &
40. Cod. de leg. & æquitas in iudiciis reiçit omne
malum, & decidit omne bonum, quantum in se
est, si vero iudices alter iudicent, iudicium sibi man-
ducabunt, & bibent.

DE PRAEDICAMENTO

vbi. V.

492 **V**bi, haec dictio, ab Arist. pro esse
in loco accipitur, dicentes
quod, vbi, est circumscrip-
tio corporis locati, à loci cir-
cumscriptione procedens, ut
refert Titelma. in Dialec.
codem prædicamento capit.
54. & nos hoc esse dicimus quod natura ipsa

cuilibet rei ordine mirando locum præscribit, vñ
de organum hominis conspicimus, & quodlibet
membrum retinere locum suum, superiorius, & infe-
rius, medium vero de utroque participat, excepto
medio, quod tenuere Beati, in cælo, vbi sunt no-
493 uem gradus, seu chorus angelorum in tribus Hier-
archiis distincti, & ea quæ sub cælo sunt in pro-
prio loco vivere, extra vero mori. vt de pise extra
aquam secus de aubus, quæ si capta sint bene
naturali libertatem perdunt, non autem mori-
tur, quamvis intus caueam volare, & reuolare in
vanum laborent, Feræque bestiæ, dum nimis ab an-
tris aberrant, in laqueis sœpè incident, vt infra in
præ dicamento siuis.

494 Hinc dicitur quod domus sua vnicuique tu-
tum refugium esse debet. leg. plerique. ff. de in ius
vocen. & naturalis æquitatis est vt pupillus educa-
ri debeat potius apud matrem, quam penes alios.
l. penult. ff. vbi pupill. educ. aut mora debet & le-
ge prima & secunda. Codic. eodem ex quo pater
prouidere debet, ne pupillus moretur apud personas
suspectas, quæ insidiari valerent pudicitiae,
vel bonis pupilli itaque penes matrem educandus
est, cum nullus amor vincat paternum, & ma-
ternum. leg. quonia m querela de inoffic. testa. &
doct. declarant habere locum, si mater in domo
viri maneat, secus si in domum paternam ipsa re-
uertatur, vel ad secundas nuptias transeat, porro
æquum est, vt ibi collocentur commoda, prouen-
tientia ex agnatione, vbi incommoda collocantur
Matth. sing. 110. nume. 77. vi. Menoch. de arb.
jud. cas. 168. vbi pulchritudine hac re, & per Vinc.
de Franc. Decisio. 350. & Decia. consil. quaranties
monono lib. 1.

496 Qua de re pater, & mater debent contribue-
re necessitatibus filiorum, secundum facultates
eorum, vt inquit Abbas in capit. cum haberet nu-
mero decimo de eo qui dux. in matr. quam poll.
vbi septem casus assignat in quibus ad hæc paren-
tes non tenentur. 1. si filius patrem accusat, secun-
do si est minor triennio, quia eo tempore ad ma-
trem non ad patrem spectat nutrit filium, nisi
mater sit nobilis. quia per nutrices lactari infan-
tem faciunt quod apud Romanos non patieba-
tur, ne filii lactantes aliena pubera de generarent,
tertio cum pater ipse pauper egeat, quia non te-
netur ultra quam facere possit, & prima charitas
incipit a se ipso, & pauper pauperem non alit. 4.
si filius est spurius, at de iure canonico secus est vi-
de quæ dixi supra nume. 118. & 415. 5. si filius sit
ingratus. 6. si filius habet artem, & modū alendi
se de propria industria, 7. ex omnibus alijs causis
ex quibus filii ex hereditate possunt not. per glo. in c.
quintauallis. de iur. iuram. & de officio patris in fi-
lium, & de obsequio filij in patrem dixi in 1. part.
sub num. 283.

497 In contractibus attenditur locus vbi instru-
mentum celebratum est, videlicet in ijs quæ ad deci-
sionem causarum pertinent. leg. si fundus. & ibi
Bart. ff. de euict. idem in leg. cunctos populos. C.
de sum. trin. & fid. cat. & alibi. Verum ad euitan-
dam moram, æquitas suadet & magis locus solu-
tionis attendatur. Bartol. in leg. prima. ff. de vslur.
si ibi visura seu interesse pro mora exigi prohibe-
atur. Item attenditur locus traditionis rei & non
contractus celebratae venditionis, cum tractetur,
an & quando, & cui gabella debeatur ad effu-
giendam gabellam, si in loco traditionis non
toluitur lege contraxisse. ff. de actio. & obligat.
leg. haeres absens. §. ultim. & ibi Bald. & An-
gel. ff.